Bibliothèque numérique

medic@

Galien / Hippocrate / Chartier, René (éd.). Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae Extant Opera / tome 1

Paris, 1639.
Cote : 13 A (anciennement 933)

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?00013x01

933

VNIVERSA

HIPPOCRATIS

ET

GALENI

OPERA.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 1 sur 151

Deſiderius Eraſmus Roterodamus
epiſt. ad Henric. Afinium d.
medicum fol. 153.

haud alia in Arte erratur Periculoſius. quo fit ut Cordatiſſimi quique medicorum hanc ſtudij partem adiungant, breuique futurum arbitror ut impudens uideatur, absque hac medicum profiteri. certe non nihil est principem huius artis Hippocratem et huic proximum Galenum Paulum Æginetam, Dioscoridem audire ſuapte Lingua ſonantes. ſed quemadmodum ciuilitatis est, non protinus ſuffragiorum ius adimere, uelutique de ponte deijcere eos, quibus non contigit græce diſcere: ita par est ut hij ſeſe libenter admoneri patiantur.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 2 sur 151

LVDOVICVS XIII. GALLIARVM AC NAVARRÆ REX.
LVDOVICI FILIVS DELPHINAT. PRINCEPS.
ARMANDVS CARDINALIS DVX DE RICHELIEV FRANCIÆ PAR.
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΚΩΟΥ,
ΚΑΙ
ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΥ, ΑΡΧΙΑΤΡΩΝ
ἅπαντα τὰ σωζόμενα
MAGNI
HIPPOCRATIS COI
ET
CLAVDII GALENI
PERGAMENI, MEDICORVM PRINCIPVM
omnia quæ extant opera
in XIII TOMOS distributa
RENATVS CHARTERIVS Doctor Medicus Paris.
REGIS CHRISTIANISS. Conſ. Medicus ordin. ac Profeſſor
edidit.
LVTETIÆ PARISIORVM
Aeg. Rouſſelet ſculpsit.

MAGNI

HIPPOCRATIS

COI ET CLAVDII

GALENI

PERGAMENI ARCHIATRΩN VNIVERSA QVÆ EXTANT

19.181

OPERA

RENATVS CHARTERIVS VINDOCINENSIS, Doctor Medicus Pariſ. REGIS Chriſtianiſſimi Conſ. Medicus, ac Profeſſor Ord. plurima interpretatus, vniuerſa emendauit, inſtaurauit, notauit, auxit, ſecundum diſtinctas Medicinæ partes IN TREDECIM TOMOS digeſſit, & coniunctim Græcè & Latinè primus edidit;

Aſtruxit & MEDICAM SYNOPSIN, rerum his in operibus contextarum INDICEM.

LVTETIÆ PARISIORVM.

M. DC. XXXIX.

CVM REGIS PRIVILEGIO.

du Vergé ... 1687.

B.I.U.M. Paris

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 6 sur 151

AD AMPLISSIMVM AC CONSVLTISSIMVM

PARISIENSIVM MEDICORVM ORDINEM

R. CHARTERII PRO GRÆCO-LATINA EDITIONE

OPERVM HIPPOCRATIS ET GALENI,

ORATIO.

QVI fama percelebres aſſiduis ſtudiorum laboribus, & lucubrationibus in literis ac diſciplinis immortales lauros, victricéſque palmas adepti ſunt (viri clariſſimi) qui artibus ac ſcientiis ſupra vulgus humi repens & indoctum ad ſupremos honorum gradus euecti, quíque diuo animi impetu, ingenii acie, & genii remigio, vt Ganimedes ad Iouem aquilâ, ſic ad veritatis cælum prope Mercurium in priorem chorum promoti, eos ſolos literariorum operum æquiſſimos Iudices, ac digniſſimos Cenſores conſtitui poſſe, ſecundis auſpiciis auguramur. Quamobrem vobis, qui prometitis veſtris primariam in Imperio medico ſedem occupatis, & ſoli, tripodis Apollinei hæredes, germanas illas ſorores SAPIENTIAM ac MEDICINAM ſimul connexas poſſidetis, hanc προοιμιακὴν pro noſtra noua ac illuſtri operum Hippocratis & Galeni editione Græcè & Latinè conditâ, orationem parauimus; non vt diuinos Medicorum omnium principes HIPPOCRATEM & GALENVM, aut eorum monumenta hominum ſaluti conſecrata ab omnibus ſeculis, quibuſcunque ſapientiſſimis ac eruditiſſimis viris accepta & celebrata comprobetis, ſed vt noſtra editio veſtris conſiliis, ſuffragiis, & exhortationibus ſuſcepta, elaborata, ac euulgata, necnon REGIS CHRISTIANISSIMI diplomate nobis conceſſo auctoritatem conſequuta, veſtram cenſuram ſubeat, quâ inuitati Medicinæ ſtudioſi ad artis amplitudinem contendentes, ad hos libros legendos, reuoluendos ac ediſcendos ardentiùs accedant. IMPRIMIS autem motrices huius editionis cauſas validiores apud vos præfaturus, quas artes in libris vtriuſque præceptoris, tum ſola latinitate, tum ſola inſcriptione ſuperſtitibus, indagandis attulerim; quæ deinde in operibus per tomos tredecim dirimendis conſilia, quáſque rationes ſequutus fuerim; poſtremò quas Græco textui Latinas interpretationes copulauerim, quæ, & quo pacto menda emendauerim, & quos libros priùs non editos ediderim, & mutilos inſtaurauerim (ſi modo veſtra mihi affulgeat humanitas, necnon aſpiret aura temperatior) paucis dilucidíſque verbis proferam. Paululum igitur apud vos perpendite (viri ornatiſſimi) me à triginta ſex annis (quibus ad hunc vſque diem Medicinam, diſcendo, docendo, ac medendo, in hominum luce, apud plebeios, diuites, principes, Reges ac Reginas profeſſus ſum) claſſicorum librorum præſtantiſſimos, præceptorum & authorum ſapientiſſimos, & remediorum ſaluberrima, ſedulò inueſtigaſſe. Verùm, ipſam veritatem teſtamur, nihil nos in arte Medica rectè inſtitutum, nihil præclarè inuentum, nihil rationi conſentaneum, nihil experientiâ comprobatum, nihil denique legitimi remedii inſignitum titulo, comperiiſſe, quod non ab Hippocrate, aut Galeno depromptum fuerit, aut eorum theorematis ac placitis ſtabilitum. Quas ob res vt nobiliora & vtiliora Medicis ornamenta, & ſalubriora ſanitatis tuendæ ac reſtituendæ propugnacula, ſic vniuerſa Hippocratis & Galeni quæ extant opera ſtudioſè indagauimus, & accumulauimus; víxque mediam operum præſertim Galeni partem (ſi ipſi teſti ex eius librorum indice, & libello de propriis libris fides adhibeatur) nobis ſupereſſe cognouimus; alteram verò hîc duntaxat Latinè, illic Græcè typis mandatam, plurimis mendis, lacunis, & erroribus ſcatere conſpeximus. Quamplurimos autem libros Latinè ſolùm editos reuoluimus, qui ſuos authores Græcos vernacula lingua mutilatos, ac obmuteſcentes oculis ſubiiciunt. Imò qui eorum librorum ſeſe interpretes pronunciant, non pauci Græcæ dictionis iactura, aut inopia laborantes, probas ac veras ſententias oblædunt, deprauant, obtruncant; alienas, ac ſpurias imponunt, ſubſtituunt. Quæ Græca vidimus volumina, eorum pauca Lutetiæ, quædam Lugduni, plurima accuratiùs Baſileæ in folio collecta, alia & Venetiis edita fuere. At Latina librorum multitudine locupletiora Lugduni, Baſileæ, & poſtrema Venetiis omnium optima, quæ Iuntarum ſumptibus in lucem prodierunt. Græca Venetiana potiſſimum ceteris deteriora ſunt, quæ neque typi, aut characteris forma, neque librorum ſymmetria, neque doctrinæ ordine, neque textus integritate lecto-

ã

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 9 sur 151

rem oblectant, quibus textus multi, capita multa, multi libri haud ſuppetunt. Latina autem Venetiana in varias claſſes præclarè ac methodicè diſtributa ſunt, quorum poſteriores editiones prioribus deteriores ac mutilatæ, mendis, lacunis & prauis interpretationibus refertæ lectorum oculos decipiunt. Vigilantiſſimis nihilominus tum priorum, tum poſteriorum editionum ſingularium ac vniuerſalium authoribus perpetuas gratias agimus, ac continuis elogiis referendas eſſe ducimus, quòd humanitatis ſtudio ducti, diuina, prout licuit, Hippocratis & Galeni monumenta reſidua τὰ σωζόμενα à ſitu, carie, teredine, ac incendiis vindicata, in beatiorem mortalium vitam ac vitæ ſalutem, typis mandauerint. O tempora, ô mores, ô improbandam priſcorum Principum ac magiſtratuum negligentiam, qui ſuæ, ſuorumq; populorum ſalutis immemores, vt Adamus arboris vitæ perpetuandæ, ſic ſaluberrimorum quæ nobis deſunt quamplurimorum operum, documentis ac remediis ſanitati tuendæ, vitæ prorogandæ, ac ſapientiæ medicæ propagandæ perutilibus decoratorum iacturam fieri non prohibuerunt. HIS OMNIBVS apud me diuturno rationis examine ponderatis meæ huius editionis Græco-Latinæ moliendæ deſiderio meus genius accenſus eſt. Quam prouinciam perarduam vt conſilio conceptam, ſic animosè parturiendam eſſe decreui, ſi nobis opportuniores fortunæ, ſi auxiliatrices medicorum ſapientiſſimorum manus, ſi demum manuſcripti Bibliotecharum codices cumulatè ſuccurrerent. Interea verò nobis ampliſſimam in Hiſpania Regis Catholici bibliotecham eſſe quidã amici renunciarunt, vbi vniuerſa Galeni opera è Græco in Arabicum idioma traducta recondi narrabant, tum quamprimũ ad primarios & cubicularios Regis Hiſpaniarum medicos honorarias literas miſimus, quibus eos hæc opera aut Latinè reddita, aut qualia ſeruantur Arabicè deſcripta ad nos tranſuehi obnixè deprecabamur; verùm neque noſtris epiſtolis, neque votis annuerunt. Deinde verò in Italiam ad celebriora Collegia, famoſas bibliothecas, & principes ciuitates Romam, Venetias, Paduam, Florentiam, & alias noſtræ literæ peruenerunt, ſed pauciſſimam aut nullam inde opem recepimus. Conſtantinopolim præterea vbi Græci ſuas habent bibliothecas, in quibus plurima recondi prædicantur Galeni opera, codicilli noſtri ſupplices deuecti ſunt, ſed opus inde nouum ad nos nullum delatum eſt. In Germaniam quoque ſcripſimus, & ad ſapientiſſimum Hofmanum noſtræ literæ appulerunt, quem nouæ editionis conſtruendæ deſiderio quoque teneri reſciuimus, qui iam libellum Galeni de oſſibus ad Tyrones è regione Græco-Latinum, & in libros de vſu partium commentarios, notas, & varias lectiones typis mandaſſe, conſimileſque in cæteros Galeni libros lucubrationes conſcripſiſſe ad editionem paratiſſimos literis ſignificauit, quas nobis poſtulantibus pollicitus erat, ſed effera belli tempeſtas colloquium noſtrum, & quod expectabamus auxilium prorſus amputauit. Nihilominus quæ ex Caio Britannico & aliis ſapientiſſimis viris in libros de vſu partium ſtudiosè collegit, notauitque, ad noſtræ editionis illuſtrationem non mediocriter contulerunt. Quum in Anglia Sereniſſimæ REGINÆ Magnæ Britanniæ ſanitati tuendæ præfectus archiatros morarer, quæ Galeni opera doctiſſimus Caſaubonus emendauerat, inſpexi; quæque in eis vtiliora oculis obuerſabantur, ea ſtudiosè ſcrutatus collegi, & in Galliam reuerſus cum manuſcriptis codicibus contuli, indéque contextuum multorum menda plurima emendata ſunt. Gulſtonium quoque Anglum vidi, medicum doctiſſimum nouæ operum Galeni editionis ſtudio flagrantem, qui multis vltrocitroque habitis ea de re ſermonibus mihi ſuas patefecit operas, textum Galeni emendatum apicibus, & quibuſdam repoſitis literis, & conſuetas verſiones excuſſis prelo conſimiles. Quædam tamen ante reditum meum dono mihi largitus eſt opuſcula, quódam à Caio Britanno de re literaria ac medica bene merito condita, quæ noſtram editionem emendatiorem non leuibus compertorum textuum incrementis adauxerunt. Quod itaque ab exoticis regionibus, proximis, ac remotis, ad nos acceſſerit ſubſidium, id profectò quàm pauciſſimum animaduertitis. Sed quæ horrida bella tranquillum Muſarum Parnaſſum vireſcere non patiuntur, quæ cytharam Apollinis ſuaue melos edentem infringunt, quæq; dulcia literarum ac ſcientiarum euertunt imperia, noſtrã editioné Græcis libris quibus ad nos pacis libertate faciliores patuiſſent aditus, amplificari prohibuerunt. Iam verò ad noſtros penates reuerſi, ampliſſimas ac libertimas à noſtratibus tum literatiſſimis viris, tum mirificis bibliothecis ſuppetias nobis oborturas certiori ſpe duximus. Ac primùm Regiam bibliothecam ingredimur, manuſcriptis cuiuſcunque ſcientiæ, doctrinæ, ac linguæ codicibus, ac authoribus locupletiſſimam, cuius tuta conſeruatio penes nobiliſſimum virum Rigaltium eſt, literarum Græcarum & Latinarum ſcientia cedentem nemini, Regi à conſiliis, & forenſibus Lotharingiæ pleno iure nunc præfectum; eum nobis beneuolum alloquimur, eum meliori conſilio, & Neſtoreo iudicio præditum conſulimus; is quamplurima ſcripta Regia Hippocratis & Galeni opera noſtris ſubiecit oculis, operiſque conceſſit, quorum lectione & collatione non paucas mendorum χιλιάδας emendauimus, lacunas multas impleuimus, libros

integros

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 10 sur 151

integros inde depromptos, nondum priùs editos, neque Latinè redditos ſcriptis, verſionibus, typíſque mandauimus. Quæcunque Galeni opera hac editione in lucem prodeunt, quæ priùs hominum oculis ignota deliteſcebant, ea ipſa manuſcriptis Regiis codicibus accepta referenda, Regíque Chriſtianiſſimo pro tanto ac ſalubri beneficio gratias immortales referendas eſſe palam profitemur, & adhortamur. Famoſiſſimam deinde illuſtriſſimorum Thuanorum bibliothecam adiuimus, cuius vigilantiſſimos ac literatiſſimos præfectos, viros clariſſimos Puteanos allequuti ſumus, qui quicquid reconditum religiosè tuebantur, id nobis apertum & oblatum, conceſſerunt. Perpaucos iſtic Galeni manuſcriptos codices conſpeximus, quorum opem plurimorum mendorum obliteratio ſequuta eſt. Præterea verò nos ad æquiſſimi præſidis Memmij illuſtriſſimi viri literarum ac ſcientiarum vniuerſarum peritiſſimi bibliothecam vetuſtiſſimis manuſcriptis codicibus ab Italia huc deuectis adornatam contulimus, vnde quoſdam contextus ac commentarios Græcos nondum priùs conſpectos, eóſque rei medicæ amplificandæ perutiles ſedulò collegimus, quales ad Eunapium Oribaſij libros quatuor, & pulcherrimas authoris antiquiſſimi in Hippocratis aphoriſmos explicandos ſententias tranſcripſimus, quibus quorundam Galeni operum lacunas expleuimus, & aſteriſmos deleuimus. AT quum huiuſce muneris ſuſcipiendi rumor quocunque diuagaretur, tum Rex Galliarum inuictiſſimus in villa Regia febre duplici tertiana correptus decumbebat, vbi Eminentiſſimus Cardinalis aderat, qui tum Regis Auguſtiſſimi ſanitati reſtituendæ incumbens, tum communi Regnorum ſaluti conſulens per febris intermiſſionem, me conſpectum animi recreandi gratia in baſilica cubiculari hiſce verbis ita compellauit. Quid de Hippocratis & Galeni operibus edendis cogitas, Charteri? Quo tempore tantæ moli dabis primordium? Quum nobis (reſpondi) commoda ſuppetent. Tum Eminentia, age, inquit, & conſtanti animo Regiam hanc editionem toties decantatam, toties tentatam, & ab omnibus expectatam, & regi & regno & vniuerſo orbi ſaluberrimam aggredere; Nos arduum onus ope facili leuabimus. Has tanti Eccleſiæ principis, tantíque Galliarum moderatoris vigilantiſſimi ſuaſoriæ orationes quacunque harmonia auribus noſtris ſuauiores editionis noſtræ conceptionem firmarunt, animúmq; noſtrum tam beneuola ac inaugurata eloquutione recreatum compagis huius medicæ conſtruendæ altum ſapere compulerunt. Enimuero Rege paulopoſt alterum in Italiam exercitum ducente, pollicitorum memor Eminentia Regio diplomate, & ſanctioris conſilij decreto, nobis editionis moliendæ priuilegium concedi voluit. Quò verò noſtræ editionis felicius ſuſcipiendæ negotium iuſtum, honeſtum ac vtile, ſanctiori altioríque conſilio ſignificaretur, ad tres Sapientiſſimos viros primarios Medicos opportunè confugimus; imprimis autem Dominum Buuardum Archiatron comitem intelligimus, virtutibus ac ſcientiis cumulatiſſimum, penes cuius vigilantiam tuta manet ac vegeta Regis Chriſtianiſſimi ſanitas, ac proindè publica totius Imperij Gallici ſalus. Deinde Dominum Seguinum facultatis Pariſienſis antiquiorem magiſtrum, & Auguſtiſſimæ Galliarum Reginæ Archiatrum, cuius eloquio & doctrina Medica reliqui propè omnes Galliarum Medici, qui plura ſapiunt, edocti medendi ſcientiam exercent. Poſtremò Dominum Cyteſium virum celeberrimum artis Medicæ conſultiſſimum, cuius fidei Eminentiſſimi Cardinalis ſanitas proſperrimè commiſſa eſt. Hi heroes Aſclepiadæi ſuum Charterium ad Dominum Cancellarium deduxerunt, negotium explicarunt, ac animum meum non vulgaribus elogiis extulerunt. Illic aderat ſcientiarum ac literarum omnium peritiſſimus cenſor Dominus Bignonius vir principi ab libellis, & Regi à ſecretis conſiliarius, qui in reipublicæ Medicæ ſplendorem opportunè ſua dedit conſilia. Hiſce verò ſuperis omnibus in noſtra vota piè conſpirantibus oblectati, & ſolidis regiæ Maieſtatis inſtrumentis armati Lugduno Lutetiam appulimus, vbi quoſdam doctores noſtri ordinis, quos æquiſſimos operum literariorum ac medicorum iudices ac opifices, viros βιβλιοφάγους vtriuſque idiomatis, Græci ac Latini, peritiſſimos exiſtimauimus, ad noſtras ædes accerſitos ſympoſio Medico Dionyſium Guerinum parentem, non minùs Græcæ quàm Latinæ eloquutionis participem ſapientiſſimum; Hieronymum Guillonium Regium Græcæ eloquentiæ profeſſorem literatiſſimum; Michaëlem Vineum in vtroque idiomate Græco & Latino celeberrimum; Iacobum Couſinotum Regium profeſſorem, lectorem, ac Medicum ordinarium; & Renatum Moræum Regium lectorem, & Medicinæ profeſſorem, ſuis operibus vniuerſo iam orbi cognitum excepimus, quibus ſtructuræ noſtræ operum edendorum deformationem, ordinem ſequendum, interpretes meliores præferendos, & libros emendandos, ac vertendos propoſuimus, & ſeriei noſtræ tyrocinium poſtea multis Medicis obtulimus, & quod opportunius, quod vtilius, quódque præclarius ab ipſis iudicatum eſt, id omne ſequuti ſumus. Imò ab vniuerſo ordine peculiari codicillo ad proprios cuiuſque lares miſſo opem implorauimus, meóq; nomine facultas legitimè conuocata noſtris, quos propoſuimus laboribus ſuffragata eſt. Quæ verò codicillus conſcripta ferebat, eiuſ-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 11 sur 151

modi narrabantur. *Quæ opera Magni Hippocratis Coi, & Galeni Pergameni, medicorum omnis memoriæ principum, ad nos peruenerunt; ea cum Regiis omnibus, aliiſque multis manuſcriptis codicibus collata Renatus Charterius Regio ſacri conſiſtorij decreto fretus, typis tum Græcis iiſque Regiis, tum Latinis, ampliſſima forma mandare aggreditur. Ea re clariſsimos omnes primariæ facultatis doctores obſecrat, vt quicquid in Græco contextu alienum eiecerint, omiſſum addiderint, rei Medicæ, & ſummorum auctorum menti minùs conſentaneum expunxerint, aut Medico dignum notauerint, id primo quoque tempore Charterio ſuo aperiant, exſcriptúmque largiantur, vt Regia hæc editio ad hominum ſalutem, Gallici nominis gloriam, & ſcholæ omnium celeberrimæ ſempiternum decus, maioribus auſpiciis in lucem prodeat.* Ad hæc duos indices conſcripſimus, quorum alter, operum Galeni eſt Latinè duntaxat editorum, quem in varias variarum regionum vniuerſitates ac bibliothecas miſimus; Alter verò operum, neque Græcè, neque Latinè, ſed ſolo fortaſſis inſcriptionis nomine ſuperſtitum; Quos indices hîc virorum hanc editionem ſpectantium oculis ſubiicio, vt qui maiori in hominum ſalutem pietate feruent, ſi quod opus Galeni, quod nobis deeſſe noſtri indices indicant, in bibliothecis, aut manuſcriptis codicibus nanciſcantur, id excribant, & Lutetiam ad Charterium Medicum mittant, quò ſenſim magnum aſſurgat editionis incrementum, quod non citra præclara immortalium gratiarum elogia, & perpetuam reſtaurationis Galenicæ fœturæ memoriam à poſteris celebrabitur.

PRIMVS INDEX OPERVM LATINE DVNTAXAT EDITORVM, quorum Græcus textus maximè deſideratur.

ΓΑΛΗΝΟΥ περὶ τῶν τῆς τέχνης ἰατρικῆς μορίων βιβλίον.	A	GALENI de partibus artis Medicæ liber ſpurius.
Γαληνοῦ τμῆμα προσγεγραμμένον, ἢ λόγος πρὸς Ἐμπειρικοὺς ἰατρούς.		Galeni fragmentum aſcriptum, aut liber aduerſus Empiricos Medicos.
Γαληνοῦ περὶ ὑποτυπώσεως τῆς Ἐμπειρικῆς βιβλίον.		Galeni de ſubfiguratione Empirica libellus.
Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν ζώντων ἀνατομῆς βιβλίον.		Galeni de anatomia viuorum liber.
Γαληνῷ τὸ προσγεγραμμένον βιβλ. περὶ μικρᾶς ἀνατομῆς.		Galeni de anatomia parua libellus ſpurius.
Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν φωνέντων ὀργάνων ἀνατομῆς τμῆμα.		Galeni de vocalium inſtrumentorum diſſectione fragmentum.
Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν ὀφθαλμῶν ἀνατομῆς βιβλίον.		Galeni de oculorum anatomia liber.
Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν μυῶν ἀνατομῆς τοῖς προσεισαγομένοις βιβλίον.		Galeni de muſculorum anatomia ſeu diſſectione ad Tyrones liber.
Ἱπποκράτους βιβλίον περὶ κατασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου πρὸς Περδίκκαν τὸν Μακεδόνων βασιλέα.	B	Hippocratis liber de hominis ſtructura ad Perdiccam Macedonum Regem.
Γαληνῷ περὶ συστάσεως τῶν μορίων, ἢ περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης βιβλίον προσγεγραμμένον.		Galeno de compagine membrorum, ſeu de natura humana, liber aſcriptus.
Γαληνῷ περὶ δυνάμεων τῷ ἡμῶν σώματι διανεμουσῶν βιβλίον προσγεγραμμένον.		Galeno de facultatibus noſtrum corpus gubernantibus liber aſcriptus.
Γαληνοῦ εἰς τὸν Τίμαιον τοῦ Πλάτωνος τμῆμα.		Galeni fragmentum in Platonis Timæum.
Γαληνῷ τὸ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ σπέρματος.		Galeno liber aſcriptus de ſpermate.
Γαληνοῦ βιβλίον ἐπιγεγραμμένον εἰ τὰ πάντα τοῦ ζώου, τοῦ κατὰ γαστρὸς, μόρια συγγίνεται.		Galeni liber inſcriptus, an omnes partes animantis quod in vtero eſt, ſimul fiant.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ φύσεώς τε καὶ τάξεως ἑκάστου σώματος.		Galeno aſcriptus liber de natura & ordine cuiuſlibet corporis.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ κινήσεων τῶν ἐνδήλων τε καὶ ἀδήλων.	C	Galeno aſcriptus liber de motibus manifeſtis & obſcuris.
Γαληνοῦ περὶ κινήσεως τοῦ θώρακός τε καὶ πνεύμονος τμῆμα.		Galeni de motu thoracis & pulmonis fragmentum.
Γαληνοῦ περὶ χρείας ἀναπνοῆς βιβλίον νόθον.		Galeni liber ſpurius de vſu reſpirationis.
Γαληνῷ περὶ φωνῆς τε καὶ ἀναπνοῆς τὸ προσγεγραμ. βιβλ.		Galeno aſcriptus liber de voce & anhelitu.
Γαληνοῦ εἰς τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, ὑπομνήματα τρία.		Galeni commentarij tres in librum Hippocratis de aëre, locis, & aquis.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον τὸ βιβλίον περὶ διαλύσεως συνεχοῦς, ἢ περὶ τῆς τῶν τροφῶν δυνάμεως βιβλίον δ'.		Galeno aſcriptus liber de continuo ſubſtantiæ effluuio, ſiue de alimẽtorum facultatibus lib. iv.

Galeni

A *Galeni de attenuante diæta liber vnus.*
Galeni liber de conſuetudinibus.
Galeni de cauſis procatarcticis liber.
Galeni de paſſionibus mulierum fragmentum.
Galeni ſynopſis librorum ſuorum ſexdecim de pulſibus.
Galeni quæſita in Hippocratem aſcripta.
Galeni commentarij tres in Hippocratis librum de humoribus.
B *Oribaſij de hirudinibus, & curatione per reuulſionem ac deriuationem liber 1.*
Galeni de oculis liber ſpurius.
Galeni de colico dolore.
Galeni de cura icteri.
Galeno aſcriptus liber de cura lapidis.
Galeni de diæta Hippocr. in morbis acutis liber.
Galeno aſcriptus liber de ſimplicibus medicamentis ad Paternianum.
Galeno aſcripti libri duo de dynamidiis.
Galeno aſcriptus liber de centaurij facultate.
C *Galeni liber de catharticis ſpurius.*
Galeno aſcriptus liber de plantis.
Galeno aſcriptus liber de medicinis expertis cui titulus eſt, medicinalis experientia.
Galeni ſecretorum ad Monteum liber ſpurius.
Galeno aſcriptus libellus de incantatione, adiuratione & ſuſpenſione.
Galeni de clyſteribus liber.

A Γαληνοῦ περὶ λεπτυνούσης διαίτης βιβλίον.
Γαληνοῦ βιβλίον περὶ ἐθῶν.
Γαληνοῦ περὶ αἰτιῶν τῶν προκαταρκτικῶν βιβλίον.
Γαληνοῦ περὶ γυναικείων παθῶν τομίον.
Γαληνοῦ σύνοψις βιβλίων αὐτοῦ ἑκκαίδεκα περὶ τῶν σφυγμῶν.
Γαληνοῦ τὰ ζητηθέντα εἰς τὸν Ἱπποκράτην προσγεγραμμένα.
Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους βιβλίον, ὑπομνήματα τρία.
B Ὀριβασίου περὶ βδελλῶν, καὶ τῆς ἀντισπάσεως θεραπευτικοῦ, καὶ παροχετεύσεως βιβλίον.
Γαληνοῦ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν βιβλίον νόθον.
Γαληνοῦ περὶ κωλικῆς ὀδύνης.
Γαληνοῦ περὶ τῆς τοῦ ἰκτέρου θεραπείας.
Γαληνῷ περὶ θεραπείας λίθου προσγεγραμμένον τὸ βιβλίον.
Γαληνοῦ τὸ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων βιβλίον.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ ἁπλῶν δυνάμεων εἰς τὸν Πατερνιανόν.
Γαληνῷ προσγεγραμμένα βιβλία β'. περὶ δυναμιδίων.
Γαληνῷ προσγεγραμμ. βιβλίον περὶ κενταυρείου δυνάμεως.
C Γαληνοῦ τὸ νόθον βιβλίον περὶ τῶν καθαρτικῶν.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον τὸ περὶ φυτῶν.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας, ἢ περὶ φαρμακειῶν τῶν πεπειραμένων.
Γαληνοῦ τῶν ἐκκεκριμένων εἰς τὸν Μόντεον βιβλίον.
Γαληνῷ προσγεγραμμένον βιβλίον περὶ τῆς ἐπῳδῆς, ἐπονομάσεως, καὶ ἐπαιωρήσεως.
Γαληνοῦ περὶ τῶν κλυστήρων βιβλίον.

SECVNDVS INDEX OPERVM GALENI QVÆ NEQVE GRÆCE, NEQVE LATINE IN GALLIAM PERVENERVNT.

Hîc autem inſeruntur, vt ſtudioſi omnes ad eorum indagationem concitentur, eáque comperta, ac Græcè tranſcripta, Lutetiam ad Charterium Medicum deferantur, editionem hanc cum inſigni inuentorum elogio illuſtratura.

D *De nominibus quæ apud Atticos ſcriptores ſunt libri 48.*
De politicis nominibus ad Eupolidem libri 3.
De ciuilibus nominibus apud Ariſtophanem 5.
De ciuilibus nominibus apud Cratinum 2.
De propriorum Comicis nominum exemplis 1.
An vtilis lectio ſit erudiendis vetus Comœdia.
Ad eos qui reprehendunt voce ſolœciſſantes 6.
E *In alijs 7.*
Atticorum inſignis oratio 1.
De perſpicuitate & obſcuritate.
Siquis poſſit eſſe criticus, & grammaticus 1.
In librum de interpretatione commentarij 3.
In priorum reſolutionum priorem vltra 6.
In priorum reſolutionum poſteriorem 5.
In poſteriorum Analyticorum priorem 6.

D ΠΕΡΙ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων βιβλία μη'.
Περὶ τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων βιβλία γ'.
Περὶ τῶν παρ' Ἀριστοφάνει πολιτικῶν ὀνομάτων, ε'.
Περὶ τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων, β'.
Περὶ παραδειγμάτων τῶν ἰδίων κωμικῶν ὀνομάτων α'.
Εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ ἡ παλαιὰ κωμῳδία.
Πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ ς'.
E Ἐν ἄλλοις ζ'.
Ἀττικῶν παράσημος, ἕν.
Περὶ σαφηνείας, καὶ ἀσαφείας.
Εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικὸς, καὶ γραμματικὸς, ἕν.
Εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γ'.
Εἰς τὸ προτέρων ἀναλυτικῶν πρότερον περὶ ς'.
Εἰς τὸ προτέρων ἀναλυτικῶν δεύτερον ε'.
Εἰς τὸ δευτέρων Ἀναλυτικῶν πρότερον ς'.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 13 sur 151

Εἰς τὸ δευτέρων ἀναλυτικῶν δεύτερον, ε'.	A *In poſteriorem poſteriorum Analyticorum* 5.
Εἰς τὰς ι'. κατηγορίας ὑπομνήματα δ'.	*In decem prædicamenta commentarij* 4.
Εἰς τὸ περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως Θεοφράστου ὑπομνήματα ς'.	*In librum Theophraſti de affirmatione & negatione, ſex.*
Εἰς τὸ περὶ τοῦ ποσαχῶς, ὑπομνήματα γ'.	*In librum de eo, quot modis, commentarij* 3.
Εἰς τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον.	*In primum mouens immobile.*
Εἰς τὸ περὶ λέξεως Εὐδήμου ὑπομνήματα γ'.	*In librum de dictione Eudemi commentarij* 3.
Περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων ἕν.	*De demonſtrationibus penes propter quid* 1.
Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων, καὶ συλλογισμῶν, ἕν.	*De contingentibus propoſitionibus & ſyllogiſmis* 1.
Περὶ τῶν ἐκ μικτῶν προτάσεων συλλογισμῶν ἕν.	B *De ſyllogiſmis ex mixtis propoſitionibus* 1.
Περὶ τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἕν.	*De Platonis ſecta liber* 1.
Περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων ὑπομνήματα δ'.	*De Medicè dictis in Platonis Timæo commentarij* 4.
Πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἢ Πλάτων.	*Ad ſocios, ſeu Plato.*
Περὶ τῶν ἰδίων δοξάντων γ'.	*De propriis opinionibus* 3.
Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα λογικῆς θεωρίας.	*De rationali contemplatione ſecundũ Platonem.*
Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως η'.	*Compendij dialogorum Platonicorum* 8.
Περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, ἕν.	*De tranſitionibus in Philebo* 1.
Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν καὶ δυνάμεων γ'.	*De partibus & facultatibus animæ* 3.
Περὶ ἠθῶν δ'.	C *De moribus* 4.
Πρὸς τὸν Φαβουρῖνον κατὰ Σωκράτους περὶ ἀλυπίας, ἕν.	*Aduerſus Fauorinum pro Socrate de indolentia* 1.
Περὶ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν τέλους ἕν.	*De fine ſecundum Philoſophiam* 1.
Περὶ τῆς τῶν ἐπιδεικνυμένων τοὺς ἀκούοντας συνουσίας, ἕν.	*De eorum qui documenta tradunt auditoribus congreſſu* 1.
Περὶ τῶν ἀναγινωσκόντων λάθρα ἕν.	*De clam legentibus* 1.
Περὶ ἁμαρτημάτων καὶ κολάσεως ἰσότητος, ἕν.	*De peccatorum & pœnæ æqualitate* 1.
Περὶ παραμυθίας ἕν.	*De conſolatione, vnus.*
Περὶ τῆς ἐν αὐλῇ Μενάρχου διατριβῆς πρὸς Βακχίδην καὶ Κῦρον, ἕν.	D *De commoratione in aula Menarchi ad Bacchidem & Cyrum, vnus.*
Περὶ τῆς ἐν τοῖς διαλόγοις συνουσίας, ἕν.	*De congreſſu in dialogis, vnus.*
Πρὸς τοὺς ἀγοραίους ῥήτορας ἕν.	*Ad forenſes oratores* 1.
Περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου ἕν.	*De voluptate & dolore vnus.*
Περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάστου τῶν βιβλίων, ἕν.	*De conſentaneis cuique libris* 1.
Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, ἕν.	*De publicè dictis aduerſus Sectarios, vnus.*
Περὶ ὁμονοίας, ἕν.	*De concordia vnus.*
Περὶ αἰδοῦς β'.	*De pudore* 2.
Περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων κατὰ κολάκων β'.	*De publicè dictis contra adulatores* 2.
Περὶ διαβολῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου.	E *De calumnia, in quo & de vita ſua.*
Κρονίσκοι ἢ χρόνικοι ζ. ἐν ἑνί.	*Saturnales* 7. *in vno.*
Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων, ἕν.	*Aduerſus Sectarios de publicè dictis coram Pertinace, vnus.*
Μέχρι πόσου, τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς, καὶ δόξης φροντιστέον ἐστίν.	*Quatenus parui ducere oporteat honorem, & gloriam apud vulgus.*
Περὶ διαθηκῶν ποιήσεως.	*De teſtamentorum factione.*
Περὶ τῆς κατὰ Χρύσιππον λογικῆς θεωρίας ὑπομνήματα γ'.	*De rationali ſecundum Chryſippum contemplatione commentarij* 3.
Τῆς Χρυσίππου συλλογιστικῆς πρώτης ὑπομνήματα γ'.	*Chryſippi ſyllogiſticæ primæ commentarij* 3.
Δευτέρας, ἕν.	F *Secundæ vnus.*
Περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως καὶ θεωρίας ζ.	*De rationali facultate & contemplatione* 7.
Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, ἕν.	*De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos,* 1.
Ὅτι ἡ γεωμετρικὴ ἀναλυτικὴ ἀμείνων τῆς τῶν Στωϊκῶν, ἕν.	*Quod geometrica reſolutio præſtantior ſit, quàm Stoïcorum* 1.
Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, β'.	*De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos* 2.

De Felici

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 14 sur 151

De felici ſecundum Epicurum, & beata vita 2.	A Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον εὐδαίμονος καὶ μακαρίου βίου, β'.
De caduca voluptate ſecundum Epicurum 2.	Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον ἀμυδρᾶς ἡδονῆς, β'.
Quod efficientia voluptatem imperfectè ab Epicuro dicta ſint 1.	Ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς, ἐλλιπῶς Ἐπικούρῳ λέλεκται, ἕν.
De voluptuaria ſecta.	Περὶ τῆς ἡδονικῆς αἱρέσεως.
An philologia vtilis ſit ad moralem philoſophiam 1.	Εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος, εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν, ἕν.
De ijs quæ aduerſus ſophiſtas 1.	Περὶ τῶν πρὸς τοὺς σοφιστάς, ἕν.
Metrodori epiſtola ad Celſum Epicureum.	B Μητροδώρου ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικούρειον.
Epiſtola Pudentiani Epicurei.	Ἐπιστολὴ Πουδεντιανοῦ Ἐπικουρείου.
De demonſtratione opus ex 15. libris factum.	Περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματεία ἐν ιε'. βιβλίοις πεποιημένη.
De neceſſarijs ad demonſtrationes 1.	Περὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὰς ἀποδείξεις, ἕν.
De propoſitionibus prætermiſſis in tractatione demonſtrationum 1.	Περὶ τῶν παραλειπομένων προτάσεων ἐν τῇ λέξει τῶν ἀποδείξεων, ἕν.
De æquipollentibus propoſitionibus 1.	Περὶ τῶν ἰσοδυναμουσῶν προτάσεων, ἕν.
De demonſtrationibus propter quid 1.	Περὶ τῶν κατὰ διότι ἀποδείξεων, ἕν.
De ſyllogiſmorum numero 1.	Περὶ τοῦ τῶν συλλογισμῶν ἀριθμοῦ, ἕν.
De exemplo 2.	Περὶ παραδείγματος, δύο.
De inductione 1.	C Περὶ ἐπαγωγῆς, ἕν.
De imagine 1.	Περὶ εἰκότος, ἕν.
De ſimilitudine 3.	Περὶ ὁμοιότητος γ'.
De principijs ex ſuppoſitione 1.	Περὶ τῶν ἐξ ὑποθέσεων ἀρχῶν, ἕν.
De ijs quæ ſecundum genus & ſpeciem coniugatis ipſis ſignificatis nobis ſpontanea voce 1.	Περὶ τῶν κατὰ τὸ γένος, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τῶν συζυγούντων αὐτοῖς σημαινομένων ἡμῖν κατὰ τὴν αὐτόματον φωνήν, ἕν.
De poſſibili vnus.	Περὶ δυνατοῦ, ἕν.
De ijs quæ multis modis dicuntur 3.	Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, γ'.
De communibus & proprijs in artibus 1.	D Περὶ τῶν ἐν ταῖς τέχναις κοινῶν, καὶ ἰδίων, ἕν.
De orationibus ſeipſas euertentibus 1.	Περὶ τῶν ἑαυτοὺς περιτρεπόντων λόγων, ἕν.
De propoſitionibus contingentibus 1.	Περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων, ἕν.
De mixtis propoſitionibus & ſyllogiſmis 1.	Περὶ τῶν μικτῶν προτάσεων, καὶ συλλογισμῶν, ἕν.
Quomodo diſcernenda ſit quæſtio rei ab ea quæ nominis, & ſignificati 1.	Ὅπως χρὴ διακρίνειν τὴν πραγματικὴν ζήτησιν τῆς κατ' ὄνομα καὶ τὸ σημαινόμενον, ἕν.
De Clitomacho & demonſtrationis eius ſolutionibus, vnus.	Περὶ Κλειτομάχου, καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων, ἕν.
De communi ratione 2.	Περὶ τοῦ κοινοῦ λόγου β'.
De vſu ſyllogiſmorum.	Περὶ χρείας συλλογισμῶν.
De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos vnus & duo.	E Περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, α'. καὶ β'.
De nominum rectitudine 3.	Περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος, γ'.
De eo, entium quodque tum vnũ, tum plura eſſe.	Περὶ τοῦ, τῶν ὄντων ἕκαστον, ἕν τε εἶναι καὶ πολλά.
De eo, quòd oppoſitis, vnum & idem ex neceſſitate conſequens eſſe impoſſibile ſit. 1.	Περὶ τοῦ, ὅτι τοῖς ἀντικειμένοις, ἓν καὶ ταὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ, ἀδύνατόν ἐστιν, ἕν.
De demonſtratiua ſecta 1.	Περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς αἱρέσεως, ἕν.
De rationali altera, & ſpeculatione 1.	Περὶ τῆς λογικῆς δευτέρας καὶ θεωρίας, ἕν.
Dialogi ad Philoſophum, & ſeorſim de eo quod ſecundum communes notiones.	Διάλογοι πρὸς φιλόσοφον, καὶ ἰδίως περὶ τοῦ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας.
Aduerſus eos qui cõtumelioſè accipiũt nomina, 1.	F Πρὸς τοὺς ἐπηρεαστικῶς ἀκούοντας τῶν ὀνομάτων, ἕν.
De proprijs, & communibus in artibus.	Περὶ τῶν ἰδίων καὶ κοινῶν ἐν ταῖς τέχναις.
De artium conſtitutione 3.	Περὶ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως γ'.
De ſignificatis ex voce, ſpeciei & generis, & ipſis adiacentibus.	Περὶ τῶν σημαινομένων ἐκ τῆς κατ' εἶδος καὶ γένος φωνῆς, καὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς.
Compendium demonſtratiuæ contemplationis, 1.	Σύνοψις τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας, ἕν.

Περὶ κρίσεως τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασι.	A	De Iudicio diſcrepantium in decretis.
Ὅτι τῆς πρώτης οὐσίας ἀχώριστος ἡ ποσότης, ἕν.		Quòd à prima ſubſtãtia inſeparabilis ſit quãtitas,
Περὶ προτέρου.		De Priori.
Περὶ τῆς διὰ ἀδυνάτου ἀποδείξεως, ἕν.		De demonſtratione per impoſſibile 1.
Περὶ τῶν ἕνεκα αὐτοῦ γινομένων ἕν.		De ijs quæ ſui gratia fiunt 1.
Περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων β'.		De ijs quæ multipliciter dicuntur 2.
Περὶ τῆς κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως.		De quæſtione ſecundũ nomen & ſignificatum.
Τῆς Θεοδᾶ εἰσαγωγῆς ὑπομνήματα ε'.		Theodæ introductionis commentarij 5.
Περὶ τῶν Μηνοδότου, Σεβήρῳ, ἕνδεκα.		De ſcriptis Menodoti, Seuero, 11.
Περὶ τῶν Σεραπίωνος πρὸς τὰς αἱρέσεις, δύο.		De libris Serapionis contra Sectas, duo.
Περὶ ἰατρικῆς Ἐμπειρίας.	B	De Medica experientia.
Περὶ τῆς τῶν Ἐμπειρικῶν διαφωνίας γ'.		De Empiricorum diſſenſione 3.
Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τῆς διαφωνίας τῶν Ἐμπειρικῶν, τοῦ τε Θεοδᾶ κεφάλαια, ὑπομνήματα γ'.		Contra obiecta ijs de diſſenſione Empiricorũ, & Theodæ ſummarij commentarij 3.
Εἰς τὸ Μηνοδότου Σεβήρῳ.		In librum Menodoti Seuero.
Προτρεπτικὸς ἐπὶ ἰατρικήν.		Exhortatio ad Medicinam.
Σύνοψις Ἡρακλειδείων βιβλίων.		Synopſis Heraclideorum librorum.
Περὶ τῆς Ἐμπειρικῆς αἱρέσεως ζ'.		De Empirica Secta 7.
Μεθοδικῆς αἱρέσεως ϛ'.		Methodicæ Sectæ 6.
Περὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων τὸ δέκατον ὀφθαλμῶν, καὶ γλώττης καὶ στομάχου.	C	De anatomicis adminiſtrationibus liber decimus oculorum, linguæ, ſtomachi.
Τὸ δ' ἑνδέκατον, τῶν κατὰ τὸν λάρυγγα, καὶ τὸ καλούμενον ὑοειδὲς ὀστοῦν, καὶ τῶν συνεχῶν αὐτοῖς, ἔτι τε τῶν εἰς αὐτὰ παραγινομένων νεύρων.		Vndecimus partium laryngis, & oſſis yformis, & quæ ipſis continuantur, prætereáque neruorum qui ad eas perueniunt.
Τὸ δωδέκατον, ἀρτηριῶν, καὶ φλεβῶν.		Duodecimus arteriarum & venarum.
Τὸ τρισκαιδέκατον, τῶν ἀπ' ἐγκεφάλου νεύρων.		Decimuſtertius, neruorum à cerebro.
Τὸ ιδ'. τῶν ἀπὸ νωτιαίου.		Decimuſquartus neruorum à dorſi medulla.
Τὸ ιε'. τῶν γεννητικῶν μορίων.		Decimuſquintus genitalium partium.
Τὰ ἐπιτομῆς τῶν κ'. Μαρίνου βιβλίων ἀνατομικῶν βιβλία δ'.		Epitomes librorum anatomicorum 20. Marini, libri 4.
Ἐπιτομῆς τῶν Λύκου πάντων ἀνατομικῶν βιβλία β'.	D	Epitomes omnium Lyci anatomicorũ lib. libri 2
Τὰ περὶ Ἐρασιστράτου ἀνατομῆς βιβλία γ'.		Anatomes Eraſiſtrati libri tres.
Περὶ τῶν Ἀσκληπιάδου δογμάτων, η'.		De Aſclepiadæ placitis 8.
Περὶ οὐσίας ψυχῆς κατὰ Ἀσκληπιάδην α'.		De ſubſtantia animæ ſecundum Aſclepiadem 1.
Περὶ τῶν συνεκτικῶν αἰτιῶν, α'.		De continentibus ſeu coniunctis cauſis 1.
Τὰ τῆς Ἀρχιγένους περὶ σφυγμῶν πραγματείας ἐξήγησίν τε καὶ χρῆσιν ἔχοντα, η'.		Libri operis Archigenis de pulſibus expoſitionem & vſum continentes 8.
Εἰς τὸ Ἱπποκράτους περὶ ἑλκῶν, καὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, ὑπόμνημα α'.		In librum Hippocratis de vlceribus, & vulneribus capitis commentarius 1.
Εἰς τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν ὑπομνήματα ϛ'.		In lib. ſecundũ Epidemiorũ Hipp. cõmentarij 6.
Εἰς τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν, ὑπόμνημα ζ. καὶ η'.	E	In Epidemiorũ ſextũ cõmentarius ſeptimus & 8.
Εἰς τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους περὶ φύσιος ἀνθρώπου ὑπομνήματα τρία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα τήνδε. ὅτι καὶ κατὰ τὰ ἄλλα συγγράμματα τὴν αὐτὴν δόξαν ἔχων ὁ Ἱπποκράτης φαίνεται, τῷ κατὰ τὸ τῆς φύσιος ἀνθρώπου.		In librum Hippocratis de natura hominis commentarij tres ita inſcripti: Quòd in alijs ſcriptis ſuis videatur Hippocrates eandem habere ſententiam cum eo de natura hominis.
Εἰς τὸ πρῶτον Ἐρασιστράτου τῶν περὶ πυρετῶν, ὑπομνήματα γ'.		In primum Eraſiſtrati de febribus commentaria 3.
Περὶ φωνῆς δ'.		De voce 4.
Ἡ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς παθῶν διάγνωσις α'.		Dignotio affectuum oculi, libellus.
Περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας α'.		De medica experientia 1.
Περὶ τῆς τοῦ πνεύμονος καὶ θώρακος κινήσεως, τρία.	F	De pulmonis & thoracis motu, tres.
Περὶ τεθνεώτων ἀνατομῆς α'.		De diſſectione mortuorum 1.
Περὶ ζώντων ἀνατομῆς β'.		De viuorum diſſectione 2.
Περὶ τῆς ἀνατομικῆς διαφωνίας β'.		De diſſenſione anatomica 2.
Περὶ τῆς τοῦ θώρακός τε καὶ πνεύμονος κινήσεως γ'.		De motu thoracis & pulmonis 3.
Περὶ τῆς τῶν καθαρτικῶν δυνάμεως α'.		De purgantium medicamentorum facultate 1.

Hæc

Hæc autem operum quæ Græcè & Latinè deſunt Galeni omnium vocabula, aut ex propriorum eius librorum indice, aut libris ſupeſtitibus collegimus; quæ licèt multa referantur, his tamen plura extitiſſe credendum eſt. Itaque quum quæcunque veſtris comitiis in ſcholis ſuperioribus habitis (vbi medica maioris momenti negotia rationibus agitari, ac dilui conſueuerunt) de noſtra editione propoſita à vobis omnibus mihi applaudentibus, & congratulantibus comprobata fuiſſent, & aperto conſpectu quemque veſtrum omnium mihi meóque labori beneuolum & annuentem animaduertiſſem, ne oneris & honoris vniuerſi deſiderio ambitiosè flagrans arguerer, quóque magis hoc elaboratum opificium literatorum oculos maiori oblectatione raperet, ad meas operas tanquam ad nuptias ſingulos noſtri ordinis doctores vocaui, mihi conſilio, doctrina & lucubrationibus opitulaturos; à quibus in verſionibus condendis, aut conditis illuſtrandis, melioribus deligendis, mendoſis emendandis, mutilatis textibus reſarciendis, controuerſiis diluendis, & pugnantibus ſententiis conciliandis vniuerſum mihi oborturum ſubſidium maturè iudicaui. Neque verò me meum fefellit iudicium. Ecce nanque imprimis Sapientiſſimus Dionyſius Guerinus pater, poſtremam quæ deficiebat libri *quòd animi mores corporis temperamenta ſequantur* inſcripti partem, ſeu epilogum, à Doctiſſimo Caſaubono olim traditam, & poſtea à Federico Morello profeſſorum Regiorum decano, vt fragmentum, Latina verſione & notis explicatam, ac primæ luci editam exhibuit. Deinde verò Hieronymus Guillonius Regius Græcarum litterarum profeſſor, Græcum Stephani Athenienſis in Galeni librum de arte therapeutica ad Glauconem pulcherrimum manuſcriptum codicem mihi attulit. Sapientiſſimus vir Guillelmus Vallius collega noſter mihi perutile porrexit fragmentum Galeni ex commentariis IV. in Timæum Platonis conſtructis, ex quo quæ in Iuntarum codice deſiderantur, repoſuimus. Sapientiſſimus vir Petrus Rattæus nunc ſcholæ Pariſienſis profeſſor, quæ Venetiana Galeni volumina Græca cum Baſilienſibus ac Vaticanis codicibus ſtudiosè contulerat, nobis æquo animo obtulit; ex quibus quam plurimas textuum lacunas expleuimus, aſteriſcos obliterauimus, & menda emendauimus. Huic certé quod libri ὑποκειστῶν Baſilienſi codici deeſt principium, id acceptum referendum eſt, quemadmodum & quamplurimi textus reſtituti, quos lector beneuolus animaduertet. Sapientiſſimus vir Iacobus Cuſinotus filius, Conſiliarius Regis Chriſtianiſſimi Medicus, ac profeſſor Medicinæ, quoſdam textus Galeni interpretatus eſt, & fragmentum Galeni ex Tralliano de Homerica Medicina indixit. Sapientiſſimus quoque Dionyſius Allanus Doctor Medicus Pariſienſis, fragmentum Galeni ex Ioanne Grammatico Philopono depromptum Græco Latinum nobis edendum obtulit. Sapientiſſimus Moræus Regius Medicinæ profeſſor librorum multitudine locupletiſſimus, vt nobis frequentiori conſilio interfuit: ita libros qui deſiderabantur quamplurimos, ſuo collegæ conceſſit. Is Græcum Paladij in ſextum Epidemiorum commentarium nondum priùs editum tradidit. Is multas quæſtiones nobis in textuum lectionibus occurrentes validiſſimis rationibus, & ſolidis dioriſmis diluit & explicauit. Is verſionem contextus orationis ſuaſoriæ ad artes, qualem mihi quoq; priùs Sapientiſſimus Vineus collega noſter porrexit, fabricatus eſt; ex vtriuſque verò textura noſtram typis diuulgatam conſtruximus. Sapientiſſimus vir Claudius Seguinus Regius Medicinæ profeſſor ſua Græca Galeni opera plurimis in locis emendata & notata conceſſit, ex quibus plurima menda obliterata ſuut. Vir ſapientiſſimus Petrus Comes iunior, in eum librum Galeno aſcriptum, ac de Philoſophi hiſtoria inſcriptum ſuas lucubrationes attulit. Vir φιλόπονος ſapientiſſimus Pratellus nonnullos noſtræ editionis contextus reuiſit, & emendauit. Sapientiſſimus Blondellus accuratiſſimam libelli Hippocratis de priſca Medicina verſionem attulit. Quum autem quocunque me conferrem, quædam ſubſidia quæſiturus, illuſtriores cæteris quoſdam extitiſſe ac eſſe Medicos tum Pariſienſes, tum exteros ratus, qui linguæ Græcæ, ac lectionis Galenicæ ſtudioſi quædam doctrinæ laboríſque ſui veſtigia, librorum ſuorum marginibus inſcripta reliquerint; tum Ludouici Dureti noſtri (quem alterum fuiſſe Hippocratem omnes docti prædicant) Galenus ad me peruenit, cuius inſpectione quædam menda nobis indicata ſunt. Libros quoque Ioannis Monachi Doctoris ſapientiſſimi noſtræ facultatis, à ſapientiſſimo Barallio Conſiliario Regis, necnon Medico ordinario oblatos conſpeximus, ex quibus emendationes non paucæ prodierunt. Libros Galenicos Philberti Sarraceni doctiſſimi Medici ab eius filio Antonio Sarraceno Lugduno Lutetiam miſſos reuoluimus, quorum ope octingenta menda deleuimus. Sapientiſſimus vir Pontius Priuatus Conſiliarius Regis, necnon Medicus ordinarius tria nobis opera Galeni detulit, cum quibuſdam Græcis codicibus à literatiſſimo viro Græco doctè ac medicè quondam emendata. Prius quidem, de arte librum; alterum, in prognoſticum commentaria Galeni; poſterius libros de ſanitate tuenda ſex complectitur. Neque verò ſilentio prætermittam Illuſtriſſimum virum Dominum de Monchal Toloſanum Archiepiſcopum librorum congerie locupletiſſimum, & ſcientiarum omnium encyclopedia decoratum

Eccleſiæ Iubar, qui ex libris ſuis ab Italia deuectis tomum vnum Græcum Galeni mihi præbuit, vbi duos Galeni de febribus, & quatuordecim θεραπευτικῆς μεθόδου libros cum manuſcriptis codicibus collatos, & emendatos comperi, quibus texturam Græcam Galeni emendatiorem reddidimus. PRODVCTIS itaque ſubſidiis, quibus Græcum noſtræ editionis contextum mendis, lacunis, & ſolœciſmis labefactatum inſtaurauimus, & amplificauimus, nunc ad operum per tomos diſtributorum ordinem explicandũ accedimus. PRIMVM enim ingens omnium Hippocratis & Galeni operum Chaos congero vndiq; collectorum; deinde verò ea ſpeculor, reuoluo, dirimo; poſtremò prout Syluius noſter conſuluit, in certas claſſes artis medendi partibus analogas digero. Syluius enim libello, qui ordo, & ordinis ratio in legendis Hippocratis & Galeni libris inſcribitur, docet vniuerſa Hippocratis & Galeni opera medicis genuinam & certam medicinam profeſſuris eſſe neceſſaria, quorum alia artis dogmata ceu Imperatoris placita; alia commentaria vt magiſtratuum ſenatuſconſulta, ſecundum tritas medicinæ partes ſimul iiſdem voluminibus connectenda eſſe duxi. Delineatum ſeriei exemplar ſapientiſſimi Moræi & quorundam aliorum cenſuræ ſubieci, ac prout ipſi conſuluerunt, in tredecim tomos ita diremi. PRIMVS τὰ βιογραφικὰ, ἢ γενεαλογικὰ vtriuſque præceptoris opuſcula complectitur. SECVNDVS τὰ εἰσαγωγικὰ introducendis philiatris prælegenda. TERTIVS τὰ στοιχειακὰ de elementis, temperamentis, & humoribus. QVARTVS τὰ ἀνατομικὰ, ἢ τὰ μόρια partes corporis humani. QVINTVS τὰ ψυχικὰ de anima, facultatibus, functionibus, & ſpiritibus. SEXTVS τὰ ὑγιεινὰ, de ſanitatis tuendæ ſubiecto; de aëre; cibo, & potũ; motu, & quiete; ſomno, & vigilia, excretis, & retentis; & animi pathematis. SEPTIMVS τὰ παθολογικὰ, de morbis, morborum cauſis, & ſymptomatis. OCTAVVS τὰ σημειωτικὰ, de ſignis, ac iudiciis cuiuſcunque generis. NONVS τὰ ἐπίμικτα diuerſa præcepta ac promiſcuam medicinæ materiá continentia. DECIMVS τὰ θεραπευτικὰ, de trium affectuum præter naturam idoneis curationibus. VNDECIMVS τὰ διαιτητικὰ, quæ de legitimo victu ægris præſcribendo diſſerunt. DVODECIMVS τὰ χειρουργικὰ, quæ manu mederi edocent. DECIMVSTERTIVS τὰ φαρμακευτικὰ, de medicamentis tum ſimplicibus, tum compoſitis præcepta concludit. DECIMVSQVARTVS vniuerſæ librorum aut operum tredecim tomis ſuperioribus incluſorum materiæ locupletiſſimum indicem amplexatur. His autem operibus in tot claſſes ac tomos medico ordine diſpoſitis, inſtruméta ſingula ad rei ſuſceptæ feliciter obeundæ neceſſaria quæſiuimus; quúmque imprimis Diogenis lucernâ meridie virum indagarem in vtraque loquutione Græca & Latina præcellentem, qui Græci contextus Hippocratis & Galeni errores euerteret, literatiſſimum Tarinum vtriuſque eloquentiæ nunc profeſſorem Regium in Græcis alterum Demoſthenem, in Latinis Tullium alterum peritiſſimũ nobis ſignificarunt, quem nulla interpoſita mora conuenimus, eique textum vtriuſque præceptoris emendandum obtulimus, & ad id munus obeundum noſtros codices Græcos & Latinos, cum manuſcriptis codicibus collatos, notatis marginibus inſignitos, & noſtras & quaſcunque hinc & inde collectas multorũ virorum congeſſeram lucubrationes, attulimus. Pro Latinis verò Græcorum textuũ verſionibus moliendis, quem lapidem non mouimus? Multos ſanè viros doctiſſimos explorauimus, qui Græcas frequentiùs ſentétias proferétes, & authores claſſicos intelligétes ſuas mihi offerebant operas, ſed quod in textu interpretãdo multis priſcis interpretibus palmas non eriperét, ipſis grates egimus ampliſſimas, & æquiſſimum collegarũ conſilium ſequuti, eas interpretationes delegimus, quarũ Latinæ dictiones Græcis dictionibus, periodi periodis, Latinæ loquutionis amœnitas, Græcæ amœnitati, & Romani artis termini Græcorũ terminis ornatiùs concinerent. At ſanè non parui ducendus eſt priorum interpretum labor, quo Græci idiomatis anima, Græcorúmque authorũ mens doctiſſima poſteris innotuit. Sublimioribus auté encomiis prouehendi ſunt, qui dictionem dictione, & periodum periodo Græcas literas explicantes ditiori latinitate donarunt. INTER Hippocratis interpretes omnium optimi celebrantur Ianus Cornarius, & Anutius Foëſius Mediomatricus, ſed ille dictionum ſignificationé & anguſtiam, hic altiora verba, & periodorum amplitudiné ſequutus eſt. Zuinggerus in paucis quos explicauit Hippocratis textibus inter vtrumq; mediũ conſequutus eſt. Gorthæus facultatis Pariſienſis decus, pauca Hippocratis & Galeni opuſcula interpretatus eſt, vbi menté potius authoris, quàm dictione dictionem explicat. At Galenus pro librorum multitudine ac varietate, multos ac uarios ſortitus eſt interpretes, qui honoris referendi gratia in veſtrũ omniũ conſpectũ memorandi, ac nominandi prodeunt. Ianus Cornarius; Iulianus Martianus Rota; Ianus Antoniacus; Ioannes Alexandrinus; Iunius Paulus Craſſus Patauinus; Ioannes Guinterius Andernacus; Ioannes Fichardus Frãcofordianus; Ioannes Bernardus Felicianus; Ioannes Baptiſta Raſarius Noueriẽſis; Iulius Alexãdrinus Tridétinus; Ioſephus Struthius; Iacobus Antonius Mariſcotus Florent. Ioſephus Tectander Crauiẽſis; Auguſtinus Gadaldinus; Auguſtinus Riccus; Archãgelus Piccolhominus Ferariẽſis; Antonius Fortatus Ioſeriẽſis; Bartholomeus Syluanus Salonenſis; Bauilius Pacuuius Apanæus; Ioannes Caius Britannus; Dominicus Caſtellus;

Deſiderius

Deſiderius Eraſmus Roterodamus; Demetrius; Franciſcus Vertunianus; Ferdinandus Balamius Siculus; Horatius Limanus; Georgius Valla Placentinus; Hermanus Cruſerius Campenſis; Hieronymus Donzellius Veronenſis; Guillelmus Copus Baſilienſis; Hubertus Barlandus; Ludouicus Belliſarius; Laurentius Laurentianus; Marinus Nizorius Bruxellenſis; Martinus Akakia Pariſienſis; Marcus Toletanus; Martinus Gregorius; Magiſter Abrahamus Maſſilienſis; Nicolaus Rheginus, ſiue Regius Calaber; Nicaſius Ellebodius Caſletanus; Nicolaus Leonicenus Thomæus Patauinus; Nicolaus Marchellus; Thomas Lynacer Anglus; Theodoricus Gerardus Gandanus; Grumus Placentiæ iudex; Thomas Rodericus Auega Eborenſis; Sebaſtianus Sirof; Stephanus Manialdus; Victor Trincauellius; Valerianus Centannius Vicentinus; Vidus Vidius Florentinus. At horum omnium pauci, quales Cornarius, Andernacus, Lynacer, & Raſarius celebrantur, ampliora ac plura opera verſionibus interpretati ſunt. Fatemur equidem nos ipſos Hippocratis textum vniuerſum conſpexiſſe, ipſúmque emendatiorem ac integriorem capitibus, ſententiis, titulis, notis, aliiſque ornamentis diſtinxiſſe, & quæ huius interpretes feliciter verterunt, eorum nihil quicquam prætermiſiſſe. Galeni verò textum plurimorum librorum cum manuſcriptis codicibus, & doctorum animaduerſionibus collatum oculis & mente luſtrauiſſe; plurimas dictiones barbarè ac ineptè redditas abſtuliſſe; elegantiores & idoneas reſtituiſſe; ſed verſiones omnium præſtantiſſimas à celebrioribus authoribus proditas elegiſſe, eáſque emendatiores, & perfectiores typis mandaſſe. Iam verò vniuerſos textus, libros, & commentarios Græcos qui mea operâ nunc in lucem prodeuntes editionem hanc illuſtrant, enarraturus ſum. Nemo veſtrum neſcit Græcos codices omnium eſſe locupletiſſimos, qui Baſileæ typis mandati ex officina Heruagiana in lucem prodierunt, ſed eos qui reuoluunt, hiſce operibus quorum hic index tertius aſtruitur, planè deſtitui comperiunt.

INDEX TERTIVS TEXTVVM ET OPERVM GRÆCORVM

Charteriana editione in lucem recens prodeuntium.

EROTIANI collectio dictionum Hippocratis. A

Ex Suida, vita Hippocratis, Draconis, Sorani, Galeni.

Hippocratis apophthegma ex Ioanne Stobæo.

Galeni fragmentum ex Ioanne Grammatico.

Galeni fragmentum ex Simplicio.

Galeni fragmentum ex Auerrhoe.

Galeni notæ in Hippocratem ex Ioanne Stobæo.

Herodoti dictionarium quarundam dictionum Hippocratis. B

Galeni definitiones Medicæ, auctæ, ac diſtinctæ.

A quinetiam Artemiſiæ Lygdamis filiæ, pro patrum victoria, datis ad aſportandũ omnibus quæcunq; reliqua erant. Atenim à Dijs (vt res docuit) derelicti non ſumus: ſed inſanis exortis tempeſtatibus, naues Artemiſiæ omnes in periculũ adductæ ſunt, multæ etiam perierunt, & in eius exercitũ crebra fulmina deciderunt, cùm inſula noſtra raro fulmine appetatur. Feruntur etiam Heroum ſpectra mulieri eſſe viſa, quibus omnibus perterrita, atrocibus cœptis deſtitit, dura compoſitione, ac dictu nimiùm dura, facta: itaque omittatur. Hoc verò etiã loco, maioribus meis propriiſſima, neq; falſa B reddam, Coos nunquam aduerſus vos, neq; Lacedæmonios, aut alios Græcos, ſponte arma ſumpſiſſe: quamuis multi, qui ſimul inſulas & Aſiam incolunt, bello cum Barbaris nulla vi coacti, coniuncti eſſent. Tunc enim vrbi præerant Cadmus & Hippolochus: conſtat autem maiores meos Cadmum, & Hippolochũ eſſe. Nam Cadmus qui & Senatũ ipſum, ſeu conſilium inſtruxit, ex matris meæ maioribus eſt. Hippolochus verò ex Aſclepiadarũ gente, à Nebro qui Criſæos euertit, quartus eſt. C Nos autem Aſclepiadæ ex virili ſtirpe ſumus. Proinde præclarum hoc maiorũ noſtrorum facinus amplectimini. Ad Cadmũ autem redeo. Hic enim vir Græcorum cõmoda ſic amauit, vt Artemiſiæ obſidione ſoluta regione, relicta iſthic vxore & liberis, cum ijs qui eadem ſentiebant, in Siciliam profectus ſit, vti Gelonem eiúſque fratres, ab amicitia cum Barbaris cõtra Græcos componenda demoueret: multa porrò alia præclara facinora perpetrauit, quæ verbis producere tempeſtiuum non eſt. Hæc ſanè eiuſmodi ſunt & publica, & maiorum noſtrorum in vos, & reliquos D Græcos officia, nam me dicendi facultas deficit. Iamverò eò venio vt Hippocratis patris mei beneficiũ quod ignoratis, prædicem, quod ſic memorans, vera dixero. Quum peſtis ex Barbarorum regione, quæ ſupra Illyrios & Pæonas ſita eſt, manaret, quúmque malum ad hanc regionem perueniſſet, iſtarum gentium Reges, pro rei medicæ fama, quæ vera de patre meo, in omnem partem inualuerat, in Theſſaliam mittunt, ibi enim meus ſanè pater, & antea, & nunc domicilium habet, ipſum in auxilium accerſentes. Neque aurum ſolum & argentum, reliquáſque opes ſe miſſuros receperunt, verumetiam cùm ſuccur- E riſſet, quæcunque vellet reportaturum. Ille verò, percontatus quænam apud eos particulares motiones contingerent, & æſtus, & ventos, & caligines cæteráque quæ corporum habitus ex præſenti ſtatu mouere ſolent: poſtquam ſanè omnia edoctus eſt, eos abire iuſſit, affirmans ſe non poſſe ad illorum regionem adire. Quàm citiſſimè autem potuit, ipſis quidem Theſſalis præcipere conſtituit, quibuſnam modis ab ingruente malo ſibi cauerent, & conſcriptam medelam, per vrbes propoſuit. Me autem in Macedoniam dimiſit. Cum Regibus enim Heraclidis, qui illic rerum potiun- F tur, paternum hoſpitium nobis eſt. Et ego quidem quò me pater ire iuſſit, è Theſſalia diſceſſi, auxilium illis laturus. Mihi verò conſtitutum erat, vt in vrbem veſtram me conferrem. Draconem autem fratrem meum, ex Pagaſis profectum, in Helleſpontum nauigare iuſſit, ſimili præceptione inſtructum, qua ipſe vtebatur. Neq; enim loca omnia, eadẽ ferunt auxilia, quòd quæ ab aëre ambiũt, ſimilia non ſint omnia. At Polybium, qui filiã eius, ſororem meam, in matrimonio habebat, & alios diſcipulos,

diſcipulos, in alias aliorum vrbes tranſmiſit, qui ad fora & compita profecti, quamplurimis ſubuenirent. Rebus in Theſſalia perfectis, ad vicinas gentes, vt illis auxilio eſſet, ſe conferebat. Pylas verò cùm veniſſet, Dorienſibus & reliquis ſimul Phocenſibus auxiliũ tulit. Qúmq; Delphos perueniſſet, pro Græcis Deo ſupplicauit: & ſacris peractis, ad Bœotos ſe contulit: iiſque ſimili modo opitulatus, ad vos venit, & multa quæ nunc ego profero, ſalutaria vobis penitus ex animo dixit. Vera autem à me dici, multos veſtrum ſcire arbitror. Non enim ita diu eſt, ſed nonus hic annus agitur, ex quo diſceſſi, & in Pelopõnenſum miſſus ſum, ijs quoque qui eam incolunt auxiliũ laturus. Nobis autem vndique & verbis, & re, dignus honor obueniebat, vt minimè nos pœniteat, eum cum Illyriorum aut Pæonum quæſtu non commutaſſe. Sed præter cæteras vrbes, quæ à vobis donata nobis ſunt, magna ſunt. Nam & reſpublica veſtra reliquis prĕſtat. Athenæ quippe ad gloriam reliquis vrbibus altius quiddam ſunt. Et corona illa aurea in theatro veſtro impoſita, ad ſummum gloriæ culmen ipſum perduxit. Sed & decus illud cumulaſtis, dum patrem mèque, publicè Cereris & Proſerpinæ myſteriis ac ſacris initiaſtis. Atque hæc quidem tria mihi memorata ſunt, velut verba eximere, & funem præuertere properanti, tum vrbis, tum maiorum noſtrorum, & patris mei, in vos & multos Græcorum beneficia. Quartum verò officium oratione repetam, quod, vt propoſui, in vos ego paterq; meus collocauimus. Quum enim Alcibiadem in Siciliam cum magno quidem exercitu mitteretis, neq; tam magno tamen, quàm admirabili, ſiquidem facta ſpectĕtur, & in concione ſermo de medico incidiſſet, quem exercitũ ſequi oporteret, in medium progreſſus pater meus, me quoad claſſis abeſſet, ſuis ſumptibus inſtructum, citra vllam mercedem, ad curanda veſtra corpora daturum recepit, dignus qui crederetur vtilitatem ſuam poſtponere, dũ veſtrum id cõmodum eſſet. Ego enim, non tantùm facultates meas inſumebã, quod faciebam vobis inſeruiens, verumetiam aliis magnis operibus præfectus eram. Idque minimũ eſt eorum quæ dicturus ſum. Maluit enim pater, in me filio, & in terra aliena fluctuare, & mari, & in belli ac morbi periculis, quæ ijs qui erraticam vitam degunt magis incumbere ſolent, quàm ijs qui ſtatam vitæ rationem ſequuntur. Nouerat enim gratiam gratiâ remetiri, & non ceu qui aliquid emerint, ex manu in manum ſemel tradito, diſcedere. Et hæc ille quidem præſtitit. Ego autem, illius vtpote filius, dum vobis auxilium fero, nihil diligentiæ neque artis prætermitto, mèque cùm occaſio tulerit, vobiſcũ periculis obiicio, neq; me ab vtriſque his aut morbus, aut labor, aut in mari, quíque in hoſtium manibus eſt, metus prohibet. Cuius rei teſtimonium non penes alios, ſed penes vos ipſos eſt. Quare ſi quis contradicere velit, confeſtim ſurgat: ſed mentiri non videor. His autem per trienniũ præſtitis, & corona aurea donatus, & longè honorificentiùs laudatus, domũ ad nuptias redij, vt artis & generis noſtri ſucceſſores relinquerem. Et hæc quidem à ciuitate, maioribus noſtris, & patre, mèque, in vos profecta ſunt. Dictum etiam eſt quid à vobis conſecuti fuerimus. Multos autem ex vobis mirari arbitror, quorſum hæc à me recenſa ſint. Vt igitur & vos ſciatis, & quæ cupio, ea mihi eueniant, dicendi tẽpus eſt. Pater meus & ego (viri Athenienſes) à vobis petimus,

A τῶν μαθητέων, διέπεμπεν ἐς ἑτέρας ἑτέρων, καὶ πρὸς ἀγορὰς καὶ ὁδοὺς πορευσομένους, ὅπως ὅτι πλείστοις ἐπαρήξαι. ὡς δὲ δὴ τὰ κατὰ Θεσσαλίην ἠνύσατο, ἐπορεύετο τοῖς ἐχομένοις ἔθνεσι βοηθέων. ἐπὶ Πύλας δ' ἐλθὼν, Δωριεῦσι καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοῦ Φωκέων ἐπήρκεσε. καὶ ὁκότε δὴ ἐς Δελφοὺς ἀφίκετο, ὑπὲρ Ἑλλήνων ἱκεσίην ἔθετο τῷ θεῷ· καὶ θύσας, ἤνυε τὴν ἐπὶ Βοιωτῶν. τοῖς δ' ἐκεῖ ἐπαμύνας ἀναλόγως, ἐν τῇ ὑμετέρῃ ἧκε. καὶ ἰσχυρὰ, ἃ νῦν ἐγὼ ἐπαγορεύω, τὰ ὑμῖν σωτήρια ἐκ θυμοῦ παντὸς εἶπε. δοκέω δ' ὑμῶν ὅτι ἀληθεύω, πολλοὺς γινώσκειν. οὐ γὰρ πάλαι. ἀλλ' ἔτος ἐστὶ τοῦτο ἔνατον, ἐξ οὗ διελήλυθα, καὶ ἐπὶ Πελοπόν- B νησον ἐστελλόμην, καὶ τοῖς ἐκείνην οἰκέουσι βοηθήσων. πάντοθεν δ' ἡμῖν καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξίη τιμὴ ἀπήντα, ὥστε μὴ μεταμελέεσθαι, ὅτι οὐκ ἠλλαξάμεθα χρηματισμοῦ τοῦ ἐξ Ἰλλυριῶν, καὶ Παιόνων. παρὰ δὲ τὰς ἄλλας πόλιας, τὰ παρ' ὑμέων δοθέντα, μεγάλα ἦν. ἥτε γὰρ πολιτείη ἡ ὑμετέρη ὑπερῆγε τὰς ἑτέρων. αἱ γὰρ Ἀθῆναι ὑψηλότερόν τι τῶν ἄλλων πόλεων ἐς δόξαν. καὶ ὁ ἐν τῷ ὑμετέρῳ θεάτρῳ χρύσεος στέφανος ἐπιτεθεὶς, ζήλου πρὸς τὸ ἄκρον ἦγεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ καλὸν ὑπερεβάλεσθε, μυήσαντες τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης μυστήρια καὶ ὄργια, καὶ τὸν πατέρα καὶ ἐμὲ δημοσίᾳ. τρεῖς μὲν αὗται μοι δεῖ ἀνύον- C τι ἐξέλκειν τε τοὺς λόγους, καὶ σχοινίων προέχεσθαι, πόλιός τε καὶ προγόνων, καὶ πατρὸς τοῦ ἐμέο χάριτες ἦσαν πολλοῖς Ἑλλήνων. τετάρτην δ' ἀναλήψομαι λέγειν ὑπουργίην· ἣν, ὡς ὑπεθέμην, εἰς ὑμᾶς ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς κατεθέμεθα. ὅτε γὰρ Ἀλκιβιάδην ἐξέπεμπεν ἐπὶ Σικελίης, πολλῇ μὲν δυνάμει, οὐχ οὕτω δὲ πολλῇ, ὡς θαυμαστῇ, εἰ γὰρ ὡς ἔργα, λόγου ἐν ἐκκλησίῃ ὑπὲρ ἰητροῦ παραπεσόντος, ὃν δέοι ἀκολουθεῖν τῷ στρατεύματι, προελθὼν ὁ πατὴρ, ὑπεδέξατο ἐμὲ ἐπὶ τὰ ὑμέτερα σώματα δώσειν, τοῖς ἰδίοις δαπανήμασι κατεσκευασμένον, καὶ ἄτερ μισθῶν αἰτήσιος, ἕως ἂν ὁ στόλος ἀποδημῇ, D ἐν ἐλάσσονι τιθέμενος τὸ λυσιτελὲς, ἀξιόχρεως ἐὼν, τῆς ὑμῶν χρείης ἐσομένης. ἐγὼ γὰρ οὐχ ὅπως δὴ τὰ ὑπάρχοντα κατεδαπανώμην, ὃ ἐποίεον ὑμῖν ὑπουργέων, ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοισι μεγάλοισιν ἔργοισιν ἐτετάγμην. καὶ τοῦτο ἐλάχιστον τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι. προείλετο γὰρ μᾶλλον ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ τῷ υἱεῖ, καὶ ἐν γῇ ὀθνείῃ σαλεύειν, καὶ κατὰ θάλασσαν, καὶ κατὰ κινδύνους πολεμικοὺς, καὶ κατὰ ἀρρωστίας, αἳ τοῖς ἐν πλανώδεσι βίοις εἰθισμέναι εἰσὶ μᾶλλον προσκαθίζειν, ἢ τοῖς ἐν τεταγμένῃ ζωῇ. ἠπίστατο γὰρ χάριτα χάριτι μετρέεσθαι. καὶ μὴ οἷον περ τι ὠνευμένοις, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρας συναλλάξας E ἅπαξ ἀπιέναι. ὁ μὲν δὴ τοιούτων ὑπῆρξεν. ἐγὼ δὲ, ἅτε παῖς ἐὼν ἐκείνου, οὐδὲν ἐλλείπω φιλοτιμίης καὶ τέχνης, βοηθέων, καὶ κινδυνεύων σὺν ὑμῖν ὁκότε που καιρὸς εἴη. καὶ ἐς ταῦτά με ἀμφότερα, οὔτε νοῦσος, οὔτε κακοπαθείη, οὔτε φόβος ἐν θαλάσσῃ, καὶ ὁ ἐν χερσὶ πολεμίων εἴργει. μαρτυρίη δὲ οὐκ ἐν ἄλλοις τισὶν, ἐν δ' ὑμῖν αὐτοῖς κεῖται. ὥστε εἴ τῳ ἀντιλεκτέον, ἀναστήτω μηδὲν ὀκνήσας. ἀλλ' οὐ δοκέω ψεύδεσθαι. ταῦτα δὲ πρήξας ἐπὶ τρία ἔτεα, στεφανωθείς τε χρυσέῳ στεφάνῳ, καὶ ἔτι κάλλιον εὐφημευόμενος, ἐς τὴν ἰδίην ἀπῆλθον ἐπὶ γάμον. ὡς διαδόχους καταστήσαιμι καὶ τέχνης καὶ γένεος ἡμε- F τέρης. ἃ μὲν δὴ παρὰ πόλιος, προγόνων, πατρός τε, καὶ ἐμέο ὑμῖν ὑπάρχει, ταῦτ' ἐστίν. εἴρηται δὲ καὶ ὧν ἡμεῖς παρ' ὑμέων ἐπαυρόμεθα. δοκέω δὲ πολλοὺς ὑμέων θαυμάζειν, ὁτέων χάριν ταῦτα ἀναμεμέτρηται. ὡς οὖν καὶ ὑμέες εἴδητε, καὶ ἐμοὶ γίνηται ἃ ἐγὼ ἐπιθυμέω, καιρὸς λέγειν· ὁ πατὴρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐγὼ, αἰτεόμεθα ὑμέας.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 55 sur 151

A οὕτω γὰρ εἰπεῖν ἐλευθέρους, καὶ φίλους παρὰ φίλων τυχεῖν ἐλευθέρων, ἐκ πατρίδος τῆς ὑμετέρης ὅπλα πολέμια μὴ ἀείρεσθαι. εἰ δὲ δεῖ, ὥσπερ ἴσως δεῖ, τοὺς ὑπὲρ τῆς αὐτῶν προεληλυθότας, καὶ δεόμεθα, μὴ ἡμέας ἐόντας ἀξιωμάτων μεγάλων, καὶ τοιουτέων προϋπάρξαντας, ἐν δούλων μοίρῃ τίθησθαι· ἔτι δὲ, καὶ γὰρ οὕτως ἁρμόσει λέγειν, ἱκετεύομεν, μὴ ποιήσεσθαι τὰ ἡμέτερα, ὑμῖν αὖθις δουρίκτητα· πολὺ μειόνων ἢν ἐπὶ πλέω γενήσεσθε, ἀλλ᾽ ὑπιδέσθε καὶ τοῦτο, ὅτι ἑτέρως ἕτερα ἡ τύχη ταχεύει. καί ποτε μικρῶν μεγάλοι προσεδεήθησαν καὶ οἱ καρτεροὶ, δι᾽ ἀσθενέας, σωτηρίης ἔτυχον. δοκέω B δὲ σαφὲς δῆλον, ὡς μὴ ἐνδηλότερον εἴπω, ὅτι ἐφ᾽ ἑνὶ ἀνδρὶ, οὐ πόλις, ἀλλὰ πολλὰ ἔθνεα, ἤδη ποτὲ ὤφθη ὠφεληθέντα, ἐν πολεμικοῖς· καὶ ἔνθα τέχνη ἰσχύει, μηδὲ ἡμέας ἀποβάλησθε. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοί ἐσμεν, ὡς ἐν ὑμῖν μαρτυρίῃ κεῖται. ἀλλ᾽ ἀρχὴν μὲν οἱ θεοὶ, ἔνθεν γένος εὐχόμεθα εἶναι, Ἀσκληπιὸς, καὶ Ἡρακλῆς, ἐπ᾽ ὠφελείῃ ἀνθρώπων ἐγένοντο· καὶ τούτους δι᾽ ἀρετῆς τῆς ἐνταῦθα, ἐν θεῶν χώρῃ ἔχουσι πάντες. πόλις δὲ ἐμὴ καὶ ἐγὼ ὁ λέγων, ἐς τοιούτους ἀνερχόμεθα, ὡς ἀνθρώπων λόγοι κατέχουσιν. ὅθεν δὴ καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων φαινόμεθα ἀμφότεροι ταύτῃ προεστάμενοι, καὶ ἐπὶ πρήξει καλλίστῃ. οὐ γὰρ μῦθος τὰ Τρωϊκὰ, ἀλλ᾽ ἔργα. C ἐν οἷς ἡ Κῶς σὺν τῇσιν ἑωυτῆς νήσοισιν, οὐ πολλοστὴ, μεγίστη δ᾽ ἐς συμμαχίην ἐστίν. οὕτως δὲ καὶ Ἀσκληπιοῦ παῖδες, οὐ τέχνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅπλοις ἐπήρκεσαν Ἕλλησι. Μαχάων γέ τοι ψυχὴν κατέθετο ἐν τῇ Τρωάδι, ὅτε, ὡς οἱ ταῦτα γράφοντες λέγουσιν, ἐξ ἵππου ἐς πόλιν τὴν Πριάμου εἰσῆλθε. μὴ δὴ, μήτε καθότι ἔμφυλοι, μήτε καθότι ἐξ ἐπαρηγόντων ἐπαρήγοντες γενόμενοι Ἕλλησιν, ἀδικήσητε ἡμέας. οὐ μιαίνω δὲ, οὐδὲ τὰ Κρισσαῖα αὖθις, οὔτε τὰ Περσικὰ λέγων. ὁκότε καὶ ἀκηκόατε, καὶ ἐν χερσὶν μᾶλλον, τῶν D ἀρτίως εἰρημένων ἐστίν. ἐν θυμῷ δὲ λάβετε καὶ οὕτως, εὐεργέτας μὴ ὅσιον ἀδικεῖν. ἡμέας δὲ εὐεργέτας, ὡς τὰ ἔργα φησί. τίνες φανεῖσθε, εἰ πατέρων γεγονότες, οἵων μυθολόγοι εἶπον, τὸ ἀδικεῖν, ἀντὶ τοῦ χρηστοὶ εἶναι, αἱρεῖσθε; οὐ γὰρ ἐθέλω πικρότερον λέγειν. κεῖνοι γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Ἡρακλείδαις μὲν ἔτινον χάριτας· ἑτέροις δὲ πολλοῖς εὐεργετηθέντες ἐπήρκεσαν. ὑπολείποι δ᾽ ἄν με ἡ ἡμέρη μακρὰ λέγοντα, εἰ διεξίοιμι ὁκόσοις ὁκόσα ἀπήντηκεν ἀγαθὰ οὐδὲν ἐν χρείῃ ὑμῖν γεγονόσι. περιβλέψατε δὲ ἑωυτούς· καὶ μηδὲ ἐμεῦ εἰπόντος, γνῶτε ὁκοῖα πρήσσετε. κακὸν ἐξουσίη, ὦ ἄνδρες Ἀθη- E ναῖοι. οὐ γὰρ ἐπίσταται τὰ ἑωυτῆς μέτρῳ ταμιεύεσθαι. ἀλλὰ δή τινας καὶ πόλιας καὶ ἔθνεα ἐλυμήνατο. ἐς ἑτέρους δὲ, οἷον ἐς κάτοπτρον βλέψαντες, ἴδετε αὐτοὶ ἃ ποιέετε, καὶ ἐγὼ ἀληθέα λέγω. καὶ νέος δὲ νόμος· ὅς τις εὐτυχίῃ πεποιθὼς, μὴ καὶ ἐς τὰ δυσπετέα βλέπειν, οὐχ ὑμέτερον. πολλὰ γὰρ καὶ ὧδε δαίμονος πεπείρησθε. οὐδὲν ὑμέας ἀδικέομεν. εἰ δὲ καὶ ἀδικέομεν, μὴ ὅπλοις, ἀλλὰ λόγῳ κριθῶμεν. παραιτέομαι δὲ ὑμέας καὶ τοῦτο, μὴ ποιῆσαι, χάριν ἑτέροις ὀφλῆσαι, ἐπικουρήσασιν ἡμῖν. ἐπικουρήσουσι γὰρ, ἢν ὀρθῶς ποιέωσιν, οἵ τε ἐν- F τὸς Θεσσαλίης, Ἄργεος, Λακεδαίμονος, Μακεδονίης βασιλέες. καὶ εἴ κου ἕτεροι Ἡρακλεῖδαι, ἢ Ἡρακλειδέων συγγενέες οἰκέουσι. κρέσσον ἄτερ βίης τὰ δίκαια ποιέειν, ἢ βιασθέντας. οὐκ εἶπον δὴ ἐπαναστᾶσιν. τοῦτο δὲ φανερὸν ποιέω, ὅτι πολλοῖσι μελόμεθα, ἢ μελησόμεθα, εἰ μὴ πανταχόθεν οἴχεται τὸ χρηστοὺς ἀνθρώπους ἔτι εἶναι. ἐγὼ μὲν οὖν, μικρὴ γάρ μοι δύναμις λόγου, ἅτε πρὸς ἑτέρων ἐπιμέλειαν ἡρμοσμένῳ, ἐνταῦθα καταπαύσω.

A (hoc enim loqui liberos, & amicos ab amicis liberis impetrare decet) contra patriam noſtram arma hoſtilia ne feratis. Quòd ſi decet, quemadmodum fortaſſe decet eos qui patriæ ſuæ cauſa prodierũt, etiam rogamus, ne nos, qui magna dignitate ſumus, quiq; talia priores in vos cõtulimus, ſeruorũ loco habeatis. Ad hæc etiam (ſic enim dicere conueniet) ſupplicamus, ne res noſtras bello partas vobis habeatis, ſi nos longè inferiores viceritis, ſed & iſtud cõſideretis, quòd alia aliter fortuna citò verſat, & quandoq; magni paruorũ eguerunt, potentéſq; per infirmos ſalutẽ conſecuti ſunt. Manife- B ſtũ quoq; arbitror, vt ne manifeſtius dicam, quod in re belli, ab vno homine, non ciuitas ſolùm, verumetiam multæ nationes iam aliquando vtilitatẽ conſecutæ ſint: & vbi ars valet, neq; nos deſpexeritis. Nec enim deſpiciendi ſumus, vt vos teſtes eſtis. At principio quidẽ, Dij illi quorũ nos ſtirpe creati, Æſculapius & Hercules, ad hominũ vtilitatem nati ſunt, eóſq; ob virtutẽ inter mortales ſuã, in deorũ numero omnes habent. Vrbs autẽ mea, & ego qui apud vos dico, velut hominũ ſermones continent, ad tales originẽ referimus. Ex quo ſanè etiam pro Græcis vtriq; hac in parte, & in præclariſſimo quoq; facinore ſtetiſſe cõperiemur. Neq; C enim res Troianæ fabulæ, ſed facta ſunt: in quibus Cos cum ſuis inſulis, non vna de multis, ſed maxima in auxilio ferendo fuit. Sic verò etiam Æſculapij filij, non arte ſolùm, verumetiam armis, Gręcis auxilium tulerunt. Machaon certè animam in Troade reliquit, cùm, vt tradũt qui de his ſcribũt, ex equo, Priami vrbẽ intrauit. Proinde ſanè, neq; quod tribules ſumus, neque quod ex auxiliaribus Gręcis auxiliares nati ſumus, iniuria afficiatis. Nõ cõtaminabo autẽ, neq; Criſeorũ res, neq; Perſarũ repetens, quãdo & ea audiuiſtis, & magis ſunt in manibus, quã quę nuper cõmemorata ſunt. Quin- D etiam ſic animo accipite, pium non eſſe de ſe bene meritis iniuriam facere: nos autem de vobis bene meritos, vt facta teſtantur. Qui eritis, ſi ex maioribus orti, quales fabularũ ſcriptores ferũt, iniuriam facere quàm benigni eſſe malueritis? neque enim acerbius quicquã dicere volo. Illi enim (viri Athenienſes) Heraclidis quidẽ gratias retulerunt, aliis autẽ multis à quibus beneficia acceperant, auxilio fuerũt. Dies autẽ me deficiat prolixè narrantem, ſi perſequar, quanta bona iis obuenerint, qui nullo vobis vſu fuerant. Sed circunſpicite voſmetipſos, & vel tacente me, cognoſcite quid agatis. Mala res E eſt potentia, (viri Athenienſes) neq; enim ſe ſuáque, modo cõparcere nouit, verũ quibuſdã & vrbibus & gentibus exitio fuit. In alios autẽ, tãquam in ſpeculũ intuentes, videte ipſi quæ facitis: & ego vera dico: & noua lex, qui rebus ſecũdis fretus, non etiam aduerſa reſpicit: non eſt veſtrũ. Plerunque enim ſic quoq; fortunã eſtis experti. Nulla vos lędimus iniuria: quòd ſi lædimus, non armis, ſed ratione diſceptemus. Vos autem etiam deprecor, ne cõmittatis, vt aliis qui nobis auxilium tulerint, hoc beneficium debeamus. Auxilium enim ferent, ſi F quidẽ rectè facient, qui intra Theſſaliam, Argo, Lacedæmona, Macedoniam ſunt Reges, & ſicubi alij habitant Heraclidæ, aut Heraclidis cognatione cõiuncti. Præſtat citra vim, quã vi coactos iuſtè facere. Nihil dico de defectione: verũ hoc vobis aperio, nos multis curę eſſe, aut certè fore, niſi vbique periit, benignos adhuc homines eſſe. Ego igitur, nã tenuis mihi dicẽdi facultas, vt qui me ad aliarũ rerũ ſtudiũ adiũxerim, hic finẽ dicẽdi faciã.

Peto

A Peto autem à vobis per hoſpites veſtros, & eos qui vobis conſulere conſueuerunt, & Deorum & Heroum causâ, & gratiarum quæ inter homines mutuæ ſunt, vt depoſitis veſtris in nos inimicitiis, vos ad amicitiam conuertatis. Niſi enim hæc in ciuitate veſtra offenderimus, haud ſcio quò profecti, quæ cupimus conſequemur.

A ἀξιῶ δὲ πρὸς ξένους ὑμετέρους, καὶ τοὺς ὑμῖν συμβούλους εἰθισμένους εἶναι, καὶ θεῶν καὶ ἡρώων ἕνεκα, καὶ χαρίτων, αἳ ἀνθρώποις παρ᾽ ἀνθρώπων γίνονται, ἔχθρας μὲν εἴργειν τὰς ὑμετέρας ἐς ἡμέας, εἰς δὲ φίλα προτρέπεσθαι. εἰ γὰρ μὴ ἐν τῇ ὑμετέρῃ πόλει τουτέων ἐπιτευξόμεθα, οὐκ οἶδ᾽ ὅκου ἐλθόντες, ὧν ἱμειρόμεθα, ἐγκυρήσομεν.

Hippocratis oratio ad aram. 3.

Hippocrates ſeipſum, liberos, patriam Theſſalis commendat; eoſque rogat vt Co Athenienſium ſeruam, in libertatem aſſerant.

MVLTI, & multarum vrbium incolæ, in ſumma dignitate conſtituti, cōmune nomē Theſſali. Omnibus hominibus amara neceſſitas, fati ſortē ferre; valet enim vi exprimere quæ velit. Cui nunc ego quoque cedens, cum prole mea oleæ ramulis coronatus, in Mineruæ ara ſupplex ſedeo, quis autem, iis qui non norunt narrare oportet. Hippocrates medicus, ô viri, per ſanctam & honeſtam cauſam, meipſum pariter, & liberos vobis commendo. Noſtis me, ô plebs: etenim, viri familiares, vt inter vos verum loquar, compluribus veſtrum, & vrbium C veſtrarum notus ſum, vt ſummatim dicam. Nomen verò etiam vlterius quàm forma proceſſit. Id autem puto, ex arte mea, ſanitatis & vitæ cauſa hominibus, non ſolum iis qui veſtram regionem incolunt, verumetiam multis Græcorum vobis finitimis, notus ſum. Iam verò cur tantum negotium re peragendum ſuſceperim, referam. Athenienſes (ô viri Theſſali) metropolim noſtram Co, poteſtate malè vtentes, ſeruæ loco habent, ex maiorum poſſeſſione libera, propria ſibi facientes: neque cognationem reueriti, quæ illis eſt ab Apolline & Hercule, quæ ſanè ad Ænium & Sunium D eorum liberos pertinet: neque illis in mentem venit Herculis beneficiorum, quæ communis ille & vobis & nobis Deus, rectè faciens, in illos contulit. At vos, per Iouem ſupplicem, & per cognatos Deos, prodite, defendite, in libertatem aſſerite, munificentiæ veſtræ nihil intermittentes.

Ἐπιβώμιος. γ΄.

Ἱπποκράτης ἑαυτόν τε, καὶ τοὺς παῖδας, καὶ τὴν πατρίδα ξυνίστησι τοῖς Θεσσαλοῖς· καὶ εὔχεται αὐτοῖς ἵνα τὴν Κῶ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐν δούλης μέρει διατεθειμένην, ἐλευθερώσωσι. B

ΩΠολλοὶ καὶ πολλῶν πολίων οἰκηταὶ, ἐν ἀξίῃ μεγάλῃ γεγονότες, κοινὸν οὔνομα Θεσσαλοί· πᾶσιν ἀνθρώποισι πικρὴ ἀνάγκη τὰ μεμοιραμένα φέρειν. καρτερὴ γὰρ βιάζεσθαι ἃ βούλεται. ᾗ καὶ νῦν ἐγὼ εἴκων ξὺν ἐμῇ γενεῇ θαλλοῖς στέψας, ἐπ᾽ Ἀθηναίης βωμοῦ ἱκέτης ἵδρυμαι, τίς ἐὼν χρὴ λέγειν τοῖς ἀγνοέουσιν. Ἱπποκράτης, ὦ ἄνδρες, ὁ ἰητρὸς, ὁμοίως, ὑπὲρ σεμνῆς καὶ καλῆς αἰτίης, ἐμὲ ἑωυτὸν καὶ παῖδας, ὑμῖν ξυνίστημι· γινώσκετε, ὦ πλῆθος. καὶ γὰρ δὴ ὦ ἄνδρες οἰκεῖοι, ἐν οἷς ὡς εἰπεῖν ἀληθὲς, πολλοῖσιν ὑμέων, καὶ πο- C λίων ὑμετέρων γινώσκομαι, ὡς τύπῳ εἰπεῖν. οὔνομα δ᾽ ἰδέης καὶ προσωτέρω κεχώρηκε. δοκέω δὲ τοῦτο, ἐκ τέχνης ἐμῆς, ὑγιείης τε καὶ ζωῆς αἴτιον ἀνθρώποισιν, οὐ μόνον τοῖσι τὴν ὑμετέρην οἰκέουσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖσιν Ἑλλήνων ἐγγὺς ὑμέων, γινώσκομαι. ἤδη δὲ, ὅτι ἐγὼ ὑπέμεινα τὸ τηλικοῦτον πρῆγμα ἔργῳ πρῆξαι, ἐρέω. Ἀθηναῖοι, ὦ ἄνδρες Θεσσαλοὶ, κακῶς ἐξουσίῃ χρεώμενοι, μητρόπολιν ἡμετέρην Κῶ, ἐν δούλης μέρει διατίθενται, τὰ ἐλεύθερα διὰ προγόνων κτήσιος, ἰδιόκτητα ποιεύμενοι. οὔτε ξυγγένειαν αἰδεσθέντες, ἥ ἐστιν αὐτέοις ἀπὸ Ἀπόλ- D λωνός τε, καὶ Ἡρακλέους, ἥ τις ἐς Αἴνιόν τε καὶ Σούνιον, τοὺς κείνων παῖδας ἱκνέεται. οὔθ᾽ Ἡρακλέους εὐεργεσιῶν εἵνεκεν πετεινός νόον βαλόμενοι, ἃς ὁ κοινὸς ὑμῖν τε, καὶ ἡμῖν, ὀρθῶς ποιέων θεὸς, ἐς ἐκείνους κατέθετο. ὑμεῖς τε, ἀλλὰ πρὸς Διὸς ἱκεσίου, καὶ θεῶν ὁμογνίων, ἐξέλθετε, ἀμύνατε, ἐλευθερώσατε, τῆς ἰδίης φιλοτιμίης μηδὲν ἐλλείποντες.

Magnus Artaxerxes Rex regum Pæto. S. 4.

Peſtis Caſtra Perſica obſidentis feritatem deſcribit, ad quam propulſandam conſilia & auxilia expoſtulat. E

MORBVS qui peſtilens dicitur, noſtris exercitibus ſe applicuit, & cùm ſæpè multa moliti ſimus, nihil remiſit. Quare omnibus modis, pro omnibus à me tibi datis beneficiis oro, vt aliquid, aut ex ingenio tuo excogitatum, aut aliquam ex arte actionem, aut alius cuiuſpiam hominis qui mederi queat, conſilium ad nos confeſtim mittas. Cæde, oro, hoc malum. F Vulgo enim magna inuaſit anxietas, quæ flatum magnum & crebrum habet. Non pugnantes expugnamur quum hoſtem habeamus feram quæ greges noſtros deuaſtat; multos ſauciauit; inſanabiles reddidit; acerba iacula iaculis immittit. Impos animi ſum, neque habeo quid iam conſilij cum familiaribus capiam. Solue hæc omnia, neque nos optimo tuo conſilio deſtitue. Vale.

Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Παίτῳ. χαίρειν. δ΄.

E Περιγράφει λοιμὸν τὸν τὰ στρατεύματα Περσικὰ λυμαινόμενον· καὶ πρὸς τὸ ἰάσασθαι αὐτὸν, συνείδησίν τε καὶ βοηθήματα ἀξιοῖ.

ΝΟυσὸς προσπέλασεν, ἡ καλουμένη λοιμικὴ, τοῖς στρατεύμασιν ἡμέων· καὶ πολλὰ πολλάκις ποιησαμένων ἡμέων, ἔνδοσιν οὐκ ἔδωκεν. ὅθεν ἀξιῶ παντοίως, καὶ πάσαις ταῖς παρ᾽ ἐμοῦ διδομέναις δωρεαῖς, ἤτι τῶν ἐκ φύσεώς σου ἐπινοημάτων, ἤτι τῶν ἐκ τέχνης πρήξεων, ἤ τινος ἑτέρου ἀνδρὸς ἑρμηνείην δυναμένου ἰῆσθαι, πέμπε τάχος· μέστιξον, ἀξιῶ, τὸ πάθος. F ἅλωκε γὰρ κατὰ τὸν ὄχλον, καὶ πολὺς ἅλις, πνεῦμα μέγα, καὶ πυκνὸν ἔχων. οὐ πολεμοῦντες, πολεμούμεθα, ἐχθρὸν ἔχοντες τὸν θῆρα, λυμαινόμενον τὰ ποίμνια. τέτρωκε πολλούς. δυσιάτους ἐποίησε. πικρὰ βέλη βελῶν καταπέμπει. οὐ φέρω γνώμην, οὐκ ἔτι ἔχω μετ᾽ ἀνδρῶν γονίμων βουλεύσασθαι. λῦε ταῦτα πάντα, μὴ διαλείψας ἀγαθῇ συμβουλίῃ. ἔρρωσο.

Παῖτος βασιλεῖ βασιλέων τῷ μεγάλῳ Ἀρταξέρξῃ. χαίρειν. ε΄.

Ἀποκρίνεταί τε καὶ συμβουλεύει Ἱπποκράτην διὰ τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην σεμνότατον, τὸν λοιμὸν ἰασάμενον μεταπέμψασθαι.

Τὰ φυσικὰ βοηθήματα, οὐ λύει τὴν ἐπιδημίαν λοιμικοῦ πάθεος. ἃ δὲ ἐκ φύσεως γίγνεται νοσήματα, αὕτη ἡ φύσις ἰᾶται κρίνουσα. ὅσα δὲ ἐξ ἐπιδημίας, τέχνη, τεχνικῶς κρίνουσα τὴν [illegible] τῶν σωμάτων. Ἱπποκράτης δὲ ἰητρὸς, ἰῆται τοῦτο τὸ πάθος. ὃ γένει μὲν οὖν ἐστι Δωριεύς· πόλεως δὲ Κῶ· πατρὸς δὲ Ἡρακλείδα τοῦ Ἱπποκράτους, τοῦ Γνωσιδίκου, τοῦ Νέβρου, τοῦ Σωστράτου, τοῦ Θεοδώρου, τοῦ Κλεομυττάδα, τοῦ Κρισάμιδος. οὗτος θείᾳ φύσει κέχρηται. καὶ ἐκ μικρῶν καὶ ἰδιωτικῶν, εἰς μεγάλα καὶ τεχνικὰ προήγαγε τὴν ἰητρικήν. ἔστι μὲν οὖν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης, ἔννατος μὲν ἀπὸ Κρισάμιδος τοῦ βασιλέως. ὀκτωκαιδέκατος δὲ ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ. εἰκοστὸς δὲ ἀπὸ Διός. μητρὸς δὲ Πραξιθέας, τῆς Φαιναρέτης, ἐκ τῆς οἰκίας τῶν Ἡρακλειδῶν. ὥστε κατ᾽ ἀμφότερα τὰ σπέρματα, θεῶν ἀπόγονός ἐστιν ὁ θεῖος Ἱπποκράτης. πρὸς μὲν πατρὸς, Ἀσκληπιάδης ὤν. πρὸς δὲ μητρὸς, Ἡρακλείδης. ἔμαθε δὲ τὴν τέχνην, παρά τε τῷ πατρὶ Ἡρακλείδῃ, καὶ παρὰ τῷ πάππῳ Ἱπποκράτει. ἀλλὰ παρὰ μὲν τούτοις, ὡς εἰκὸς, τὰ πρῶτα ἐμυήθη τῆς ἰητρικῆς, ὅσα πιθανὸν ἦν καὶ τούτους εἰδέναι. τὴν δὲ σύμπασαν τέχνην, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδίδαξεν, θείᾳ φύσει κεχρημένος, καὶ τοσοῦτον ὑπερβεβηκὼς τῇ τῆς ψυχῆς εὐφυΐᾳ τοὺς προγόνους, ὅσον διενήνοχεν αὐτῶν, καὶ τῇ τῆς τέχνης ἀρετῇ. καθαίρει δὲ οὐ θηρίων μὲν γένος, θηριωδῶν δὲ νοσημάτων, καὶ ἀγρίων· πολλὴν γῆν καὶ θάλατταν, διασπείρων πανταχόθεν, ὥσπερ ὁ Τριπτόλεμος τὰ τῆς Δήμητρος σπέρματα, τὰ τοῦ Ἀσκληπιοῦ βοηθήματα· τοιγαροῦν ἐνδικώτατα καὶ αὐτὸς ἀνιέρωται πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἠξίωταί τε τῶν αὐτῶν Ἡρακλεῖ τε καὶ Ἀσκληπιῷ, ὑπὸ Ἀθηναίων δωρεῶν. αὐτὸν μεταπέμψαι, κελεύων, ἀργύριον καὶ χρυσίον ὅσον ἂν βούληται δώσειν αὐτῷ. οὗτος γὰρ ἐπίσταται οὐχ ἕνα τρόπον τῆς ἰήσιος τοῦ πάθεος. οὗτος πατὴρ ὑγείας, οὗτος σωτὴρ, οὗτος ἀκεσώδυνος, οὗτος ἁπλῶς ἡγεμὼν τῆς θεοπρεποῦς ἐπιστήμης. ἔρρωσο.

Pætus Regi regum Magno Artaxerxi. S. 5.

Reſpondet ac conſulit Hippocratem ortu & arte percelebrem qui peſtem ſanet accerſiri.

QVæ à natura præſidia petuntur, morbi peſtilentis aduentum in populum non ſoluunt. Morbos autem ex natura ortos, natura ipſa per iudicationem curat. Qui verò ex aduentu in populum, eos ars, artificioſè iudicans corporum mutationem, curat. At Hippocrates Medicus hunc morbum ſanat. Ac genere quidē Dorienſis eſt, ciuitate autem Co, patre vero Heraclide Hippocratis filio, qui Gnoſidici, qui Nebri, qui Soſtrati, qui Theodori, qui Cleomyttadæ, qui Criſamidæ. Hic diuina natura præditus eſt, & ex paruis ac vulgaribus initiis in magna & artificioſa Medicinam prouexit. Eſt igitur diuinus Hippocrates, nonus quidem à Criſamide rege ab Æſculapio verò decimus octauus, à Ioue vigeſimus: matre verò Praxithea Phęnaretes filia, ex Heraclidarum familia. Quare ex vtroq; ſemine Diis oriundus eſt diuinus Hippocrates: à patre quidem Aſclepiades, à matre verò Heraclides. Artem verò tum ex patre Heraclide tum ex auo Hippocrate didicit. Verùm ab his quidem, vt par fuit, primis artis elementis initiatus eſt, quæ & hos tenuiſſe credibile eſt, artem verò vniuerſam ſeſe ipſe docuit, diuino vſus ingenio, & tantò bonitate mentis maiores ſupergreſſus, quantum ipſos quoque artis præſtantia ſuperauit. Tollit autem non ferarum quidem genus, ſed ferorum & agreſtium morborum, multa terra & mari, Æſculapij auxilia, non ſecus ac Triptolemus Cereris ſemina diſpergens. Quamobrem optimo iure multis terrarum locis, diuinis ipſe quoque honoribus conſecratus, & ab Athenienſibus, iiſdem quibus Hercules & Æſculapius, muneribus cohoneſtatus eſt. Hunc accerſiri iube, aurique & argenti quantum volet dari iube. Hic etiam non vnum huius mali ſanandi modum tenet. Hic eſt ſanitatis pater, hic conſeruator, hic dolorum ſanator, hic planè diuinæ ſcientiæ princeps eſt. Vale.

Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Ὑστάνει Ἑλλησπόντου ὑπάρχῳ. ϛ΄.

Ἀρταξέρξης γράφει τῷ Ὑστάνει ὅπως πέμψῃ τὸν Ἱπποκράτην, καὶ τὸν κατ᾽ Εὐρώπην συμβουλεύοντα ἀγαθὸν ἄνδρα πιθῇ.

Ἱπποκράτεος ἰητροῦ Κώου, ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγονότος, καὶ ἐς ἐμὲ κλέος ἀφῖκται τῆς τέχνης. δὸς οὖν αὐτῷ χρυσὸν ὁκόσον ἂν βούληται, καὶ τὰ ἄλλα χορήγει ὧν σπανίζει, καὶ πέμπε ἐς ἡμέας. ἔσται γὰρ ἰσότιμος Περσέων τοῖς ἀρίστοις. καὶ εἴ τίς ἐστιν ἄλλος ἀνὴρ κατ᾽ Εὐρώπην ἀγαθὸς, φίλον οἴκῳ βασιλέως τίθεσο, μὴ φειδόμενος ὄλβου. ἄνδρας γὰρ εὑρεῖν δυναμένους τι κατὰ συμβουλίην, οὐ ῥηΐδιον. ἔρρωσο.

Rex regum Magnus Artaxerxes Hyſtani Helleſponti Præfecto. 6.

Artaxerxes Hyſtani ſcribit vt ſibi Hippocratem mittat, & virum Europæum qui conſilio polleat, comparet.

HIPPOCRATIS Medici Coi, ab Æſculapio oriundi, artis gloria etiam ad me peruenit. Auri igitur ei quantum volet, reliquáque quibus indiget effuſè exhibeto, & ad nos mittito. Cum Perſarum enim optimatibus eodem erit honore. Et ſi quis alius in Europa vir bonus eſt, cum Regis domui amicum, nihil diuitiis parcens comparato. Neque enim viros qui conſilio aliquid valeant, inuenire eſt facile. Vale.

Hyſtanes

A

Hyſtanes Helleſponti Præfectus, Hippocrati ex Aſclepiadarum familia oriundo. S. 7.

Hyſtanes Hippocratem regijs muneribus & honoribus ad Regem Perſarum accerſire contendit.

REx Magnus Artaxerxes tui egens, ad nos præfectos miſit, iubens tibi argentum & aurum, cæteráque quibus opus habes, & quæcunq; vis, largiter exhibere, téq; ad ſe quamprimum mittere. Te enim Perſarum optimatibus honore parem fore. Tu igitur confeſtim adeſto. Vale. B

Hippocrates Medicus Hyſtani Helleſponti Præfecto. S. 8.

Reſpondet ſe Regem Perſarum non aditurum tum quòd barbarus, tum quòd patriæ ſit hoſtis.

AD epiſtolam quam miſiſti, à Rege veniſſe affirmans, Regi quæ reſpondeo quàm celerrimè reſcribe. Nos victu, veſtitu, domo, omníque re ad vitam neceſſaria frui. Perſarum autem opibus vti, neque mihi fas eſt, neque barbaros morbis liberare, qui hoſtes ſint Græcorum. Vale. C

Hippocrates Demetrio. S. 9.

Renunciat Demetrio Hippocrates quòd Regis Perſarum imperio abnuerit, ſe vtili honeſtum, auro ſapientiam prætuliſſe.

REx Perſarum nos ad ſe accerſit, ignarus potiorem eſſe apud me ſapientiæ, quàm auri rationem. Vale. D

Regi regum Magno meo Domino Artaxerxi, Hyſtanes Helleſponti Præfectus. S. 10.

Hyſtanes Hippocratis ſcriptum ad Regem Perſarum mittit, quo eius maieſtas ſpreta & læſa denunciatur.

QVAM ad me miſiſti epiſtolam, iubens vt ad Hippocratem Coum, ex Aſclepiadarum gente mitterem, miſi, & ab eo reſponſum tuli, quod ſcriptum dedit, & vt domum ad te mitterem iuſſit. Gygmnasben igitur Dieutychen, qui perferat ad te miſi. Vale. E

Rex regum Magnus Artaxerxes Cois hæc dicit. 11.

Læſa maieſtas à Cois iniurium Hippocratem petit, aliàs Co Metropolin & totam inſulam euerſura.

HIPPOCRATEM medicum malis moribus præditũ, & in me & Perſas proteruè iniurium, nunciis meis dedite. Sin minus, noſcetis vos etiam primæ culpæ pœnas perſoluturos. Veſtram enim vrbem deuaſtatã, & inſulam conuulſam in pelagus dabo, vt neque in poſterum dignoſcatur, illic ne loci inſula, aut vrbs Cos fuerit. F

Υστάνης ὕπαρχος Ἑλλησπόντου, Ἱπποκράτει Ἀσκληπιαδῶν ὄντι ἀπογόνῳ, χαίρειν. ζʹ.

Υστάνης ταῖς βασιλικαῖς δωρεαῖς τε καὶ τιμαῖς πειρᾶται τὸν Ἱπποκράτην μεταπέμψασθαι πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν.

ΒΑσιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης σου χρήζων, ἔπεμψε πρὸς ἡμέας ὑπάρχους, κελεύων σοι ἀργύριον καὶ χρυσὸν, καὶ τὰ ἄλλα χύδην, ὧν ἀνδμίζῃς, καὶ ὅσα βούλῃ, διδόναι. καὶ πέμπειν πρὸς ἑωϋτὸν ἐν τάχει. ἔσεσθαι γὰρ Περσέων τοῖς ἀρίστοις ἰσότιμον. σὺ οὖν παραγίνου ξυντόμως. ἔρρωσο.

Ἱπποκράτης ἰητρὸς, Υστάνει Ἑλλησπόντου ὑπάρχῳ, χαίρειν. ηʹ.

Ἀποκρίνεται ἑαυτὸν μὴ ἀφιξόμενον πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, διὰ τὸ ὑπάρχειν αὐτὸν βάρβαρόν τε καὶ ἐχθρὸν τῶν Ἑλλήνων.

ΠΡὸς τὴν ἐπιστολὴν, ἣν ἔπεμψας φάμενος παρὰ βασιλέως ἀφῖχθαι, πέμπε βασιλεῖ, ἃ λέγω, γράφων ὅτι τάχος. ὅτι καὶ προσφορῇ, καὶ ἐσθῆτι, καὶ οἰκήσει, καὶ πάσῃ τῇ ἐς βίον ἀρκεούσῃ οὐσίῃ χρεόμεθα. Περσέων δὲ ὄλβου, οὔ μοι θέμις ἐπαυρέσθαι. οὐδὲ βαρβάρους ἄνδρας νούσων παύειν, ἐχθροὺς ὑπάρχοντας Ἑλλήνων. ἔρρωσο.

Ἱπποκράτης Δημητρίῳ ὑγιαίνειν. θʹ.

Παραγγέλλει τῷ Δημητρίῳ Ἱπποκράτης ὅτι τε ἀπειθήσῃ τῇ βουλῇ τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν, καὶ τὸ καλὸν τοῦ χρηστοῦ, καὶ τὴν σοφίαν τοῦ χρυσοῦ προκρίνῃ.

ΒΑσιλεὺς Περσέων ἡμέας μεταπέμπεται, οὐκ εἰδὼς ὅτι λόγος ἐμοὶ σοφίης, χρυσοῦ πλέον δύναται. ἔρρωσο.

Βασιλεῖ βασιλέων τῷ ἐμῷ μεγάλῳ δεσπότῃ Ἀρταξέρξῃ Υστάνης Ἑλλησπόντου ὕπαρχος, χαίρειν. ιʹ.

Υστάνης τὸ Ἱπποκράτους γράμμα πέμπει πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Περσῶν, ἐν ᾧ ἡ μεγαλειότης αὐτοῦ καταφρονουμένη τε φαίνεται καὶ βεβλαμμένη.

ΗΝ ἔπεμψας ἐπιστολὴν, λέγων πέμψαι Ἱπποκράτει Κῴῳ, ἀπὸ Ἀσκληπιαδῶν γεγονότι, ἔπεμψα· καὶ παρ᾽ αὐτοῦ δὲ ἐκομισάμην ἀπόκρισιν, ἣν γράψας ἔδωκε, καὶ ἐκέλευσεν εἰς τὸν οἶκον πέμπειν. Φέροντα οὖν ἀπέσταλκά σοι φάναι Γυμνάσβην Διευτύχη. ἔρρωσο.

Βασιλεὺς βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Κῴοις τάδε λέγει. ιαʹ.

Η μεγαλειότης βεβλαμμένη τὸν ἀσελγαίνοντα Ἱπποκράτην αἰτεῖ ἀπὸ τῶν Κῴων, ἄλλως τὴν Μητρόπολιν Κῶ καὶ πᾶσαν τὴν νῆσον κατασπάσουσα.

ΔΟτε ἐμοῖς ἀγγέλοις Ἱπποκράτην ἰητρὸν, κακοὺς τρόπους ἔχοντα, καὶ εἰς ἐμὲ, καὶ εἰς Πέρσας ἀσελγαίνοντα. εἰ δὲ μὴ, γνώσεσθε καὶ τῆς προτέρης ἁμαρτίας τιμωρίαν τίσοντες. δηϊώσας γὰρ τὴν ὑμετέραν πόλιν, καὶ νῆσον κατασπάσας, εἰς πέλαγος ποιήσω, μηδὲ εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον γνῶναι, εἰ ἦν ἐπὶ τούτῳ τῷ τόπῳ νῆσος, ἢ ἡ πόλις Κῶ.

A

Ἀπόκρισις Κῴων. ιβ'.

Κῷοι τῷ Ἀρταξέρξῃ τὸν Ἱπποκράτην οὐ δώσουσι.

Ἔδοξε τῷ δάμῳ, ἀποκρίνασθαι τοῖς παρὰ Ἀρταξέρξου ἀγγέλοις, ὅτι Κῷοι οὐδὲν ἀνάξιον πράξοισιν, οὔτε Μέροπος, οὔτε Ἡρακλέους, οὔτε Ἀσκληπιοῦ· ὧν ἕνεκεν πάντες οἱ πολῖται, οὔτε δώσοισιν Ἱπποκράτεα, οὐδὲ εἰ μέλλοιεν ὀλέθρῳ τῷ κακίστῳ ἀπολέσθαι. καὶ γὰρ Δαρείου, καὶ Ξέρξου, ἀπὸ πατέρων, ἐπιστολὰς γραψάντων, γαῖαν καὶ ὕδωρ αἰτεόντων, οὐκ ἔδωκεν ὁ δᾶμος, ὁρέων αὐτοὺς ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις θνητοὺς ἐόντας, ἐπ' αὐτοὺς ἰόντας. B καὶ νῦν τὴν αὐτὴν ἀπόκρισιν διδοῖ. ἀπὸ Κῴων ἀναχωρέετε, ὅτι Ἱπποκράτην οὐ διδόντι ἔκδοτον. ἀπαγγέλλετε οὖν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι, ὅτι οὐδ' οἱ θεοὶ ἀμελήσοισιν ἁμέων.

Ἀβδηριτέων ἡ βουλὴ, καὶ ὁ δᾶμος, Ἱπποκράτει χαίρειν. ιγ'.

Μεταπέμπεται ἀπὸ τῶν Ἀβδηριτῶν ὁ Ἱπποκράτης θεραπεύσων τὸν Δημόκριτον· κἀνταῦθα μὲν ποικίλαι Δημοκρίτου κατὰ πολλοὺς παρακοπαὶ, Ἱπποκράτους δὲ εὐεργεσίαι ἐξηγοῦνται. C

Κινδυνεύεται τὰ μέγιστα τῇ πόλει νῦν, Ἱππόκρατες, ἀνὴρ ἡμετέρων, ὃς καὶ παρεόντι χρόνῳ καὶ τῷ μέλλοντι, ἀεὶ κλέος ἠλπίζετο τῇ πόλει· μηδὲ νῦν δὲ, ὦ πάντες θεοὶ, φθονηθείη. οὗτος ὑπὸ πολλῆς τῆς κατεχούσης αὐτὸν σοφίης νενόσηκεν, ὥστε φόβος οὐχ ὁ τυχὼν, ἂν φθαρῇ τὸν λογισμὸν Δημόκριτος, ὄντως δὴ τὴν πόλιν ἡμῶν Ἀβδηριτῶν καταλειφθήσεσθαι. ἐκλαθόμενος γὰρ ἁπάντων, καὶ ἑωυτοῦ πρότερον, ἐγρηγορὼς καὶ νύκτα καὶ ἡμέρην, γελᾷ ἕκαστα μικρὰ καὶ μεγάλα, D καὶ μηδὲν οἰόμενος εἶναι τὸν βίον ὅλον, διατελεῖ. γαμεῖ τις, ὁ δὲ ἐμπορεύεται· ὁ δὲ δημηγορεῖ· ἄλλος ἄρχει· πρεσβεύει· χειροτονεῖται· ἀποχειροτονεῖται· νοσεῖ· τιτρώσκεται· τέθνηκεν· ὁ δὲ γελᾷ πάντα· τοὺς μὲν κατηφέας τε, καὶ σκυθρωποὺς, τοὺς δὲ χαίροντας ὁρῶν. ζητεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ, καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, καὶ γράφει ταῦτα· καὶ εἰδώλων φησὶ πλήρη τὸν ἠέρα εἶναι, καὶ ὀρνέων φωνὰς ὠτακουστεῖν. καὶ πολλάκις νύκτωρ ἐξαναστὰς, μόνος ἡσυχῇ ᾠδὰς ᾄδοντι ἔοικε. καὶ ἀποδημεῖν ἐνίοτε λέγει εἰς τὴν ἀπειρίην, καὶ Δημοκρίτους εἶναι ὁμοίους ἑωυτῷ ἀναριθμήτους. καὶ συνδιεφθορὼς τῇ γνώμῃ τὸ χρῶμα, ζῇ. E ταῦτα φοβούμεθα, Ἱππόκρατες, ταῦτα ταραττόμεθα. ἀλλὰ σῶζε, καὶ ταχὺς ἐλθὼν νουθέτησον τὴν πατρίδα, μηδὲ ἡμᾶς ἀποβάλῃς. καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπόβλητοί ἐσμεν, καὶ ἐν ἡμῖν μαρτυρία κεῖται. οὐκ ἂν ἁμάρτοις οὔτε δόξης τῆς ἐπ' αὐτῷ περισωθέντι, οὔτε χρημάτων, οὔτε παιδείας. καί τοι τὰ παιδείης, πολλῷ σοι βελτίω τῶν τῆς τύχης. ἀλλ' οὖν καὶ ταῦτα συχνὰ παρ' ἡμῶν, καὶ ἄφθονα γενήσεται. τῆς γὰρ Δημοκρίτεω ψυχῆς, ἀλλ' οὐδ' εἰ χρυσὸς ἦν ἡ πόλις, ἀνταξία βουλήσιος, οὐδ' ὁτιοῦν ἀφυστερήσομεν. τοὺς νόμους ἡμῶν F δοκέομεν νοσεῖν, Ἱππόκρατες, τοὺς νόμους παρακόπτειν. ἴθι θεραπεύσων ἀνδρῶν φέριστε, ἄνδρα ἀρίσημον· οὐκ ἰατρὸς, ἀλλὰ κτίστης ἐὼν ὅλης τῆς Ἰωνίης, περιβάλλων ἡμῖν ἱερώτερον τεῖχος. πόλιν, οὐκ ἄνδρα θεραπεύσεις. βουλὴν δὲ νοσεῦσαν, καὶ κινδυνεύουσαν ἀποκλεισθῆναι, μέλλοις ἀνοιγνῦναι, αὐτὸς νομοθέτης, αὐτὸς δικαστὴς, αὐτὸς ἄρχων, αὐτὸς σωτὴρ, καὶ τούτων τεχνίτης ἀφίξῃ. ταῦτά σε προσδοκῶμεν,

Coorum Reſponſum. 12.

Negant Coi ſe Artaxerxi Hippocratem daturos.

Visvm eſt populo, Artaxerxis nuntiis reſpondere, Coos nihil Merope, neque Hercule, neque Æſculapio indignum facturos. Itaque ciues omnes Hippocratem minimè reddent, etiamſi peſſimam mortem oppetituri ſint. Quum enim Darius & Xerxes literis ſcriptis terram & aquam à maioribus noſtris peterent, populus negauit: quum eos videret, aduerſum ſe venientes, æquè ac alios homines mortales eſſe. Atque etiam nunc idem reſponſum reddit: à Cois recedite, quia Hippocratem non dedunt. Hoc igitur illi perferte vos nuntij, neque Dijs nos neglectui fore.

Senatus Populúſque Abderitanus Hippocrati. S. 13.

Accerſitur ab Abderitanis Hippocrates Democritum curaturus, & hîc varia Democriti ex vulgo deliria & Hippocratis merita diuulgantur.

Civitati noſtræ nunc maximo periculo eſt, ô Hippocrates, is vir qui & nunc, & in poſterum æternum decus ciuitati fore ſperabatur. At neque nunc (ô Dij omnes) id nobis inuideatur. Hic præ multa quæ ipſum habet ſapientia, ægrotat, vt non mediocriter verendum ſit, ne ſi Democritus mente captus fuerit, re ſanè vrbs noſtra Abderitarum habeatur derelicta. Omnium enim, imprimiſque ſui oblitus, vigilans noctu & diu, ſingula parua & magna deridere, ac pro nihilo putare totam hominum vitam pergit. Ducit aliquis vxorem, alius mercaturam exercet, alius concionem habet, alius magiſtratum gerit, legationem obit, deſignatur, abrogatur, ægrotat, vulneratur, moritur, hic verò ridet omnia, quum hos quidem demiſſos, & tetrico vultu, illos verò hilares videt. Quin & ea inquirit quæ apud inferos fiunt, & de his ſcribit, & imaginum plenum aërem eſſe dicit, ſéque auium voces audire, & ſæpe de nocte ſurgens, ſolus placidè carmina canere videtur, ſéque aliquando in infinitionem peregrinari dicit, & innumerabiles ſui ſimiles eſſe Democritos, vnáque cum mente colore perdito viuit. Hæc metuimus, ô Hippocrates, his de rebus perturbati ſumus. Verùm ſerua nos, & citò profectus admone patriam, neque nos deſpexeris. Neque enim deſpiciendi ſumus, & in nobis teſtimonium ſitum eſt, neque gloria de ſeruato eo, neque pecuniis, neque eruditione carebis. Et quanquam apud te, doctrina pluſquam fortuna valeat, hæc tamen tibi à nobis, & multa & ampla euenient. Etenim Democriti vitæ, non ſi vrbs aurum ſit, voluntati par ſit, ſi vel quidquam defuerit. Leges noſtras, Hippocrates, ægrotare, leges delirare exiſtimamus. Adſis virorum optime, virum eximium curaturus, non medicus, ſed velut totius Ioniæ conditor, nos ſacratiore muro circundans. Vrbem, non virum curabis, Senatum ægrotantem, & ne claudatur periclitantem, aperies, ipſe legiſlator, ipſe iudex, ipſe magiſtratus, ipſe ſeruator, & horũ artifex aduenies. Hanc in rem te expectamus Hippocrates,

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 60 sur 151

Hippocrates, hæc etiam fueris ſi veneris. Ciuitatum vna, non obſcura, imò potius tota Græcia te orat, vt ſapientiæ corpus conſerues. Ipſam verò doctrinam apud te legationem obire puta, vt ſe hac dementia liberes, orantem. Cognata certè, vt videtur, omnibus ſapientia eſt, at iis qui ad eã propius acceſſere, vt nobis, multò etiam magis. Certò ſcito, te futuro quoque ſæculo gratificaturum, ſi Democritum, veritate in qua primum ſe futurum ſperat, non deſtitueris. Tu enim Æſculapio genere & arte coniunctus es, hic verò Herculis ex fratre nepos, ex quo Abderus, vt profectò audiſti, cuius nomen hæc ciuitas gerit: vt illi quoque gratiæ futura ſit Democriti curatio. Quum igitur videas, Hippocrates, & populum, & virũ egregium ad ſenſuum ſtuporem delabi, ad nos feſtina, rogamus. Heus vt etiam bona cùm exuperarũt, morbi exiſtunt. Democritus enim quantũ ſapientiæ acumine valuit, tantum nunc periclitatur, ne mentis ſtupore, & vecordia vexetur. At cæteri quotquot è plebe ſunt Abderitarum, cùm ineruditi manſerint, ſenſu certè cõmuni fruuntur. At nunc quod ſagaciores ſunt, ad ſapientis morbũ iudicandum, priùs imprudentes. Ades igitur cum Æſculapio patre: ades cum Herculis filia Epione: ades cum filiis qui Ilium in expeditionem profecti ſunt: ades nunc Pæonia morbi remedia afferens. Terra autem radicibus, & herbis, & floribus ad depellendam inſaniam ferax eſt, neque fermè vnquam fœcundiùs producent, neque terra, neque montium iuga, quàm nunc quæ ad Democriti ſalutem faciunt. Vale.

Hippocrates Senatui populóque Abderitarum. S. 14.

Abderitis reſpondet ſe Abderam profecturum, Democritum curaturus; hîc proborum conſilia & artes celebrantur, pecuniarum inſatiabilis cupiditas damnatur.

Civis veſter Amelesagoras Co appulit, & erat forte Virgæ aſſumptio eo die, & anniuerſarium, vt ſcitis, feſtum, & publicus nobis conuentus, pompáq; magnifica ad cupreſſum, quam pro more deducunt qui Deo cõiuncti ſunt. Quum autẽ & ex verbis, & ex aſpectu feſtinare videretur Amelesagoras, ratus, id quod erat, vrgere negotium, epiſtolã veſtrã legi, & miratus ſum, quòd de vnius hominis ſalute, ciuitas quaſi homo vnus cõturbamini. Et certè beati ſunt populi, qui viros bonos ſua eſſe propugnacula intelligunt, non turres, non mœnia, ſed ſapientum virorũ proba conſilia. Ego verò artes quidẽ Deorum eſſe munera exiſtimans, homines autẽ naturæ opera, neque indignamini, viri Abderitæ, non vos, ſed naturam ipſam, me vocare arbitror, ad opus ſuum conſeruandum, quod periclitatur ne morbo corruat. Quare præ vobis ego nunc, Naturæ & Diis auſcultans, feſtino Democritum ægrotantem ſanaturus, ſi iſte ſanè morbus eſt, ac non potiùs (quod opto) erroris tenebris offundimini. Ac maius fuerit beneuolentiæ veſtræ teſtimonium, quod etiam ad ſuſpicionem turbati eſtis. Argentũ verò mihi venienti, neque natura, neq; Deus promiſerit. Itaq; neque vos, viri Abderitæ, vim facite: ſed liberæ artis libera eſſe ſinite & opera. Qui autem mercedem capiunt, hi ſcientias ſeruire cogunt, tanquam eas ex priore libertate, mãcipia redigẽtes. Tum, vt probabile eſt,

A Ιππόκρατες, ταῦτα καὶ γένοιο ἐλθών. μία πόλεων, οὐκ ἀσημος, μᾶλλον δὲ ἡ Ελλὰς ὅλη, δεῖταί σου φυλάξαι σῶμα σοφίης· αὐτὴν δὲ δόκει παιδείαν πρεσβεύειν πρὸς σε, τῆς παρακοπῆς ταύτης ἀπαλλαγῆναι δεομένην. ξυγγενὲς μὲν οὖν ὡς ἔοικε, πᾶσιν σοφία. τοῖς δ᾽ ἐγγυτέρω κεχωρηκόσιν αὐτῆς ὥσπερ ἡμῖν, καὶ μάλα πλέον. εὖ ἴσθι, χαρεῖς καὶ τῷ μέλλοντι αἰῶνι, μὴ προεγκλιπὼν Δημόκριτον, ἧς ἐλπίζει περιτερήσειν ἀληθίης. σὺ γὰρ Ασκληπιῷ προσαπέπλεξαι γένος καὶ τέχνην. ὁ δὲ Ηρακλέους ἐστὶν ἀδελφιδοῦς, ἀφ᾽ οὗ Αβδηρος, ὡς που πεπυθάνῃ πάντως, ᾧ ἐπώνυμος ἡ πόλις· ὥσ-
B τε κἀκείνῳ χάρις, ἡ Δημοκρίτου γένοιτ᾽ ἂν ἴησις. ὁρῶν οὖν, ὦ Ιππόκρατες, εἰς ἀναισθησίαν ἀποῤῥέοντα καὶ δῆμον, καὶ ἄνδρα ἀρίσημον, σπεῦδε πρὸς ἡμέας, δεόμεθα. φεῦ ὡς καὶ τὰ ἀγαθὰ περιπλεύσαντα, νόσοι τυγχάνουσιν. ὁ Δημόκριτος γὰρ ὅσον ἐῤῥώσθη πρὸς ἄκρα σοφίης, ἴσα κινδυνεύει νῦν, ἀποπληξία διανοίας, καὶ ἠλιθιότητι κεκακῶσθαι. οἱ δ᾽ ἄλλοι ὅσοι πολλοί εἰσιν Αβδηριτῶν, μείναντες ἐν ἀπαιδευσίῃ, τόν γε κοινὸν κατέχουσι νοῦν· ἀλλὰ νῦν γε φρενιμώτεροι νόσον σοφοῦ κρίνειν, οἱ πρὶν ἄφρονες. ἴθι οὖν μετ᾽ Ασκληπιοῦ πατρός. ἴθι μετ᾽ Ηρακλέους θυγατρὸς Ηπιόνης. ἴθι μετ᾽
C παίδων τῶν ἐπὶ Ιλιον στρατευσαμένων. ἴθι νῦν Παιώνια νούσου φέρων ἄκη. εὐκαρπίζει δὲ γῆ ῥίζας καὶ βοτάνας, ἀλεξιφάρμακα μανίης αὕτη. σχεδὸν οὖν οὐδέποτε γονιμώτερον εὐφορήσουσιν, οὔτε γῆ, οὔτε ὀρῶν ἀκρώρειαι, ἢ νῦν Δημοκρίτῳ τὰ πρὸς ὑγείαν. ἔῤῥωσο.

Ιπποκράτης Αβδηριτῶν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, χαίρειν. ιδ᾽.

D Αποκρίνεται τοῖς Αβδηρίταις ἑαυτὸν ἀπιόντα πρὸς τὴν Αβδηρων ἰασάμενον τὸν Δημόκριτον· ἐνταῦθα αἱ μὲν τῶν σοφῶν γνῶμαί τε καὶ τέχναι ἐπαινοῦνται, ἡ δὲ ἀφόρητος φιλαργυρίη κατηγορεῖται.

Ο πολίτης ὑμέων Αμελησαγόρης ἦλθεν εἰς Κῶ, καὶ ἔτυχε τότ᾽ ἐοῦσα τῆς ῥάβδου ἡ ἀνάληψις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ, καὶ ἐτήσιος ἑορτὴ, ὡς ἴστε, πανήγυρις ἡμῖν, καὶ πομπὴ πολυτελὴς ἐς κυπαρίσσον, ἣν ἔθος ἀνάγειν τοῖς τῷ θεῷ προσήκουσιν. ἐπεὶ δὲ σπουδάζειν ἐῴκει, καὶ ἐκ τῶν λόγων, καὶ ἐκ τῆς προσόψιος ὁ Αμελησαγόρης, πεισθεὶς ὅπερ ἦν, ἐπείγειν τὸ
E πρῆγμα, ἀνέγνων τε ὑμέων τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἐθαύμασα ὅτι περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου, ὡς εἷς ἄνθρωπος ἡ πόλις θορυβεῖσθε. καὶ μακάριοί γε δῆμοι, ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐρύματα ἑωϋτῶν, καὶ οὐ τοὺς πύργους, οὐδὲ τὰ τείχεα, ἀλλὰ σοφῶν ἀνδρῶν σοφὰς γνώμας. ἐγὼ δὲ πειθόμενος, τέχνας μὲν εἶναι θεῶν χάριτας, ἀνθρώπους δὲ ἔργα φύσιος, καὶ μὴ νεμεσήσητε, ἄνδρες Αβδηρῖται, οὐχ ὑμᾶς δοκέω, ἀλλὰ φύσιν αὐτέην καλέειν με, ἀνασώσασθαι ποίημα ἑωϋτῆς κινδυνεῦον ὑπὸ νόσου διαπεσεῖν. ὥστε πρὸ ὑμέων ἐγὼ νῦν φύσει καὶ θεοῖς ὑπακούων, σπεύδω νοσέοντα Δημόκριτον ἰήσασθαι, εἴπερ δὴ καὶ τοῦτο
F νοῦσός ἐστιν, ἀλλὰ μὴ ἀπάτῃ συσκιάζεσθε, ὅπερ εὔχομαι. καὶ γένοιτο πλέον τῆς ἐν ὑμῖν εὐνοίας τεκμήριον, καὶ πρὸς ὑπόνοιαν ταραχθῆναι. ἀργύριον δέ μοι ἐρχομένῳ, οὔτ᾽ ἂν φύσις, οὔτ᾽ ἂν θεὸς ὑποσχοίτο. ὥστε μηδ᾽ ὑμεῖς, ἀνέρες Αβδηρῖται βιάζεσθε, ἀλλ᾽ ἐᾶτε ἐλευθέρης τέχνης ἐλεύθερα καὶ τὰ ἔργα. οἱ δὲ μισθαρνεύοντες, δουλεύειν ἀναγκάζουσι τὰς ἐπιστήμας, ὥσπερ ἐξανδραποδίζοντες αὐτὰς, ἐκ τῆς προτέρης παῤῥησίης. εἶτ᾽, ὡς εἰκὸς,

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 61 sur 151

καὶ ψεύσαιντο ἂν, ὡς περὶ μεγάλης νούσου, καὶ ἀρνηθεῖεν ἂν, ὡς περὶ μικρῆς· καὶ οὐκ ἂν ἔλθοιεν ὑποσχόμενοι· καὶ πάλιν ἔλθοιεν μὴ κληθέντες. οἰκτρὸς γὰρ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, ὅτι δι' ὅλου αὐτοῦ, ὡς πνεῦμα χειμέριον, ἡ ἀφόρητος φιλαργυρείη διαδέδυκεν· ἐφ' ἣν, εἴθε μᾶλλον ἅπαντες ἰητροὶ ξυνήεσαν, ἐλθόντες ἀποθεραπεῦσαι χαλεπωτέρην μανίης νοῦσον. ὅτι καὶ μακαρίζεται νοῦσος ἐοῦσα, καὶ κακοῦσα. οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ ψυχῆς νοσήματα πάντα, μανίας εἶναι σφοδράς, ἐμποιούσας δόξας τινὰς, καὶ φαντασίας τοῦ λογισμοῦ. ὧν ὁ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς, ὑγιάζεται. ἐγὼ δὲ, εἰ πλουτέειν ἐξ ἅπαντος ἐβουλόμην, ὦ ἄνδρες Ἀβδηρῖται, οὐκ ἂν εἵνεκα δέκα ταλάντων διέβαινον πρὸς ὑμέας, ἀλλ' ἐπὶ τὸν μέγαν ἠρχόμην Περσέων βασιλέα, ἔνθα πόλιες ὅλαι προσήεσαν τῆς ἐξ ἀνθρώπων εὐδαιμονίης γεγεμισμέναι. ἰώμην δ' ἂν τὸν ἐκεῖσε λοιμὸν αὐτῶν. ἀλλ' ἀπηρνησάμην ἐχθρὴν Ἑλλάδι χώρην ἐλευθερῶσαι κακῆς νόσου. κἀγὼ, τό γε ἐπ' ἐμοὶ, κατεναυμάχουν τοὺς βαρβάρους· εἶχον δ' ἂν αἰσχρὴν, τὸν παρὰ βασιλέως πλοῦτον, καὶ πατρίδος ἐχθρὸν περιουσίην. παρεκείμην δ' ἂν αὐτὰ, ὡς ἑλέπολις τῆς Ἑλλάδος ὑπάρχων. οὐκ ἔστι πλοῦτος, ὃ πανταχόθεν χρηματίζεσθαι. μεγάλα γὰρ ἱερὰ τῆς ἀρετῆς ἐστιν, ὑπὸ δικαιοσύνης οὐ κρυπτόμενα, ἀλλ' ἐμφανέα ὄντα. ἢ οὐκ οἴεσθε ἴσον ἁμάρτημα εἶναι σώζειν πολεμίους, καὶ φίλους ἰᾶσθαι μισθοῦ; ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει τὰ ἡμέτερα, ὦ δῆμε. οὐ καρποῦμαι δὲ νούσους. οὐδὲ δι' εὐχῆς ἤκουσα τὴν Δημοκρίτεω παράκρουσιν· ὃς εἴτε ὑγιαίνει, φίλος ἔσται, εἴτε νοσέει, θεραπευθεὶς, πλέον ὑπάρξει. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν, ἐμβριθέα καὶ στερρὸν τὰ ἤθεα καὶ τῆς ὑμετέρης πόλιος ἐόντα κόσμον. ἔρρωσθε.

& mentiantur, velut in graui morbo, & negent vt in leui: aut vbi promiſerint, non veniant, rurſuſque veniant non vocati. Miſera ſanè eſt humana vita, quod eam totam intolerabilis argenti cupiditas, velut hibernus ventus peruaſerit: ad quam vtinam medici omnes potiùs cõcurrerent, grauiorem inſania morbum curaturi: quia etiam beata cenſetur, quum morbus ſit, & vexet. Equidem & omnes animi morbos vehementes inſanias reputo, quæ opiniones quaſdam & viſa rationi ſuſcitent, quibus qui per virtutem repurgatus eſt, ſanus euadit. Ego verò, ſi omnibus modis diteſcere voluiſſem, viri Abderitæ, non vtique decem talentorum gratia ad vos traieciſſem, ſed ad Magnum Perſarum Regem veniſſem, vbi vrbes totæ humana felicitate refertæ occurriſſent, ipſarum autem, qui iſthic graſſabatur, peſtilentem morbum curaſſem. Sed regionem Græciæ inimicam, malo morbo liberare nolui. Et ego, quantum in me erat, Barbaros nauali prælio ſuperabam: regias autem opes ignominiæ ducebam, & opulentiam patriæ inimicam; quibus circumfluens, vrbium Græciæ fatalis machina exiſterem. Diuitiæ non ſunt, pecunias vndequaque corradere. Magna enim ſunt virtutis ſacra, quæ à iuſtitia non occultantur, ſed in aperto ſunt. Annon putatis æquale peccatum eſſe, hoſtes ſeruare, & amicos mercede curare? At non ita, ô populus, ſe habent res noſtræ. Ex morbis porrò quæſtum non facio, neque ex voto, Democriti dementiam audiui, qui ſiue ſanus eſt, amicus erit, ſiue ægrotat, curatus magis amicus erit. Eum autem grauibus & firmis moribus eſſe præditum audio, & vrbis veſtræ eſſe ornamentum. Valete.

Ἱπποκράτης Φιλοποίμενι· χαίρειν. ιε΄.

Γράφει τῷ Ἀβδηρίτῃ φίλῳ Ἱπποκράτης αὐτὸν εἰς Ἄβδηραν ἀπιόντα, αὐτόν τε παραιτεῖ τὴν αὐτῷ προσφερομένην ξενίην καταρτύεσθαι· κἀνταῦθα τὰ τῶν τε μελαγχολικῶν καὶ φιλοσόφων ἤθη, παθήματα, οἰκίαι παραγράφονται.

Οἱ τὴν τῆς πόλιος ἐπιστολὴν ἀναδόντες μοι πρέσβεις, καὶ τεὴν ἀπέδοσαν. ἥσθην τε κάρτα, καὶ ξενίην ὑπισχνεομένου σέο, καὶ τὴν ἑτέρην διαίτην. ἔλθοιμεν δ' ἂν αἰσίᾳ τύχῃ, καὶ ἀφιξόμεθα, ὡς ὑπολαμβάνομεν, χρηστοτέρησιν ἐλπίσιν, ὡς ἐν τῇ γραφῇ παραδεδήλωται, οὐ μανίην, ἀλλὰ ψυχῆς τινα ῥῶσιν ὑπερβάλλουσαν διασαφηνέοντος τοῦ ἀνδρὸς, μήτε παίδων, μήτε γυναικὸς, μήτε ξυγγενέων, μήτε οὐσίης, μήτε τινὸς ὅλως ἐν φροντίδι ἐόντος· ἡμέρην δὲ καὶ εὐφρόνην πρὸς ἑωυτὸν καθεστεῶτος, καὶ ἰδιάζοντος. τὰ μὲν πολλὰ ἐν ἄντροισι, καὶ ἐρημίῃσιν, ἢ ὑπὸ σκιάσεσι δενδρέων. ἢ ἐν μαλθακῇσι ποίῃσιν, ἢ παρὰ στιχοῖσιν ὑδάτων ῥείθροις. συμβαίνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ τοῖς μελαγχολικοῖς τὰ τοιαῦτα. σιγηροί τε γὰρ ἐνίοτε εἰσὶ, καὶ μονήρεες, καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσιν. ἀπανθρωπέονταί τε ξύμφυλον ὄψιν, ἀλλοτρίην νομίζοντες· οὐκ ἀπεοικὸς δὲ, καὶ τοῖσι περὶ παιδείην ἐσπουδακόσι, τὰς ἄλλας φροντίδας ὑπὸ μιῆς τῆς ἐν σοφίῃ διαθέσεως σεσοβῆσθαι. ὥσπερ γὰρ δμῶές τε καὶ δμωΐδες, ἐν τῇσιν οἰκίῃσι θορυβέοντες, καὶ στασιάζοντες, ὁκόταν ἐξαπιναίως αὖθις ἡ δέσποινα ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἀφησυχάζουσι·

Hippocrates Philopœmeni. S. 15.

Ad Abderitam amicum ſcribit Hippocrates ſe Abderam profecturum, eúmque rogat oblatum ſibi hoſpitium parari; hic melancholicorum & Philoſophorum mores, pathemata & domicilia deſcribuntur.

Legati qui vrbis epiſtolam tuam quoque mihi reddiderunt, teque hoſpitium, & reliquum vitæ apparatum promittente valdè gauiſus ſum. Auſpicatò autem proficiſcemur, & vt coniicimus, meliore ſpe veniemus: cùm, velut literæ declarant, non inſaniam, ſed eximium quoddam animi robur vir hic demonſtret, qui neque liberûm, neque vxoris, neque cognatorum, neque rei familiaris, neque cuiuſquam omnino curam habeat: ſed dies & noctes ſolus ſecum ipſe habitet, in antris plerunque, & ſolitudinibus, aut ſub arborum vmbraculis, aut in mollibus herbis, aut ad crebros aquarum riuos. Talia igitur plerunque melancholicis accidunt. Interdum enim taciturni ſunt, ſolitarij, ſolitudinum amantes, & familiarium conſpectum, tanquam alienum, auerſantur. Neque etiam diſſentaneum eſt, & iis qui alicui diſciplinæ ſtudent, omnes alias curas, ab vna ſapientiæ affectione excuſſas eſſe. Sicut enim miniſtri & miniſtræ, in domibus tumultuantes, ac ſeditioſè contendentes, quum derepente his hera ſuperuenerit, conſternati conquieſcunt: ſimiliter

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 62 sur 151

tranquillitatis, & perturbationis modum, propter ignorantiam non conſiderans: hæc enim ipſa prudenti cogitatione diſponentes, & ipſi facilè liberarentur, & meum riſum ſedarent. Nunc verò in rebus vitæ veluti firmis, mente capti cęcutiunt, mẽte inconſiderata, inordinatum impetum difficilè addiſcentes. Sufficiens enim admonitio ipſis ſuppetebat, rerum omnium commutatio, ſubitis cõuerſionibus incidens, omnigenam repente circumrotationem excogitans. Illi verò, tanquã in adaptata & firma, caſuum continenter incidentium obliti, aliàs alius quæ moleſtiam afferũt expetentes, quæ non expediunt quærentes, in multis calamitatibus volutãtur. Quòd ſi quis pro viribus ſuis omnia facere cogitaret, vitam ab omni caſu immunem ſeruaret, ſe ipſe noſcens, & ſui ipſius comparationem apertè intelligẽs: nec cupiditatis ſtudium in infinitum extenderet, ſed diuitem naturam, & omnium altricem, contentus ſequeretur. Quemadmodum autem vigor affectionum, certum periculum eſt, ſic magnus rerum ſucceſſus lubricus eſt, inſignes autem in rebus aduerſis conſpiciuntur. Alij verò, res proximorum non videntes, propria fraude perierunt, manifeſta velut obſcura non præuidentes, cùm tamen lõgam vitam, exemplum habeant eorum quæ fiunt & non fiunt, ex quibus etiam futurũ cognoſcere oportebat. Hic meus riſus, homines imprudentes, improbitatis ſuæ pœnas pendentes, auaritiæ, inexplebilis cupiditatis, inimicitiarum, inſidiarum, doli, inuidentię. Difficile eſt explicare multiplex malorũ artificium: infinitas enim quædam eſt. Et in his dolis ac ſutelis inter ſe agunt, mente obliqui. At virtutis apud ipſos forma eſt, id quod eſt deterius. Mendacij enim ſtudium exercent, amorem voluptatis ornant: legibus nec obedientes. Hic autẽ riſus, eos leuitatis ac temeritatis condemnat, cùm neq; viſus, neque auditus participes ſint. At ſolus hominis ſenſus, veritas intelligentia illuſtris, & præſens & futurum præuidet. Omnibus offenduntur, ac rurſus iiſdem ſe adiungunt: nauigationem auerſantes, nauigant: agriculturam cùm abiecerunt, rurſus agrum colũt: eiectâ vxore, aliam inducũt: ſuſceptos liberos ſepeliunt; ſepultis, creant: creatos rurſus educant: ſenectutem optarunt; ad eam autem vbi peruenerint, ingemiſcunt, nullóq; in ſtatu firmam mentem obtinent. Principes ac reges, priuatum beatum prædicant: at priuatus regnum appetit. Qui rempublicam regit, artificem, tãquam periculi expertem, laudat, artifex verò illum, velut in omnibus potentẽ. Rectam enim virtutis viam, puram, & planam, ac inoffenſam non cernunt, quam nemo ingredi auſus eſt. Feruntur autem per contumacem, & tortuoſam, per aſpera: delati pręcipites, & offenſantes: pleriq; autem iam corruentes, velut ſi quis perſequatur, exanimati rixantur, prætereuntur, antecellunt. Et eorum quidem alios impudentiæ obſecutos, nefandi, alieni cubilis corrumpendi amores ſuccendunt, alios autem infinitus auaritiæ morbus tabefacit, alij inter ſe inſidiantur. Alij verò glorioleę ſtudio in aërẽ ſublati, vitij grauitate in exitij profundum deferuntur: diruunt, deinde ſuperædificant: gratificantur, deinde pœnitet: aut etiam adimunt, & amicitiæ iura ad inimicitiam violant, & cognationem in bellum vertunt: horúmque omnium auaritia cauſa eſt. Quid ab infantibus ludẽtibus diſcrepant? quibus ſuum quidem propoſitum iudicio caret, quod autem adeſt, placet. In cupiditatibus autem, quid brutis animantibus fecerunt reliqui?

A ἀπρηξίης καὶ ταραχῆς μέτρα μὴ ἐπισκοπέων, δι' ἄγνοιαν. ταῦτα γὰρ αὐτὰ, διανοίῃ φρενήρει διεξιέοντες, αὐτοί τε ῥηϊδίως ἀπήλλασσον, καὶ τὸν ἐμὸν ἐλώφεον γέλωτα. νῦν δὴ, ὡς ἐπ' ἀρηρόσι τοῖς ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφλωνται, ἀσυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς δυσδίδακτοι. νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν ξυμπάντων μεταβολὴ, ὀξείῃσι τροπῇσιν ἐμπίπτουσα, αἰφνίδιον τροχηλασίην παντοίην ἐννοέουσα. οἱ δὴ, ὡς ἐπ' ἀρηρυίῃ καὶ βεβαίῃ, ἐκλελησμένοι παθέων κατὰ τὸ ξυνεχὲς ἐμπιπτόντων, ἄλλοτε ἄλλος ποθεῦντες τὰ λυπέοντα, διζήμενοι τὰ μὴ ξυμφέροντα, ἐγκαλινδεῦνται πολλῇσι ξυμφορῇσιν. B εἰ δέ τις ἐμερμήριζεν κατὰ δύναμιν ἰδίην τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἀδιάπτωτον ἐφρούρεε ζωὴν, ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος, καὶ ξύγκρισιν ἰδίην σαφῶς καταμωνήσας, καὶ μὴ τῆς ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν ἀόριστον ἐκτείνων. τὴν δὲ πλουσίην φύσιν, καὶ πάντων τιθηνὸν, δι' αὐταρκείης ὁδοιπορέων. καθάπερ δὲ τῶν παθέων εὐεξίη, κίνδυνος πρόδηλος, οὕτω τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων σφαλερόν ἐστιν. ἀρίσημοι δ' ἐν τῇσι κακοδαιμονίῃσι ξυνθεωρεῦνται. ἄλλοι δὲ τὰ τῶν πέλας μὴ ἱστορέοντες, ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλοντο, τὰ δῆλα, καθάπερ ἄδηλα μὴ προθεωρεῦντες. ὑπόδειγμα C τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες, γινομένων καὶ μὴ γινομένων. ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν καταμωνῆσαι. ταῦθ' ὁ ἐμὸς γέλως· ἄφρονες ἄνθρωποι, πονηρίης δίκας ἐκτίνοντες, φιλαργυρίης, ἀπληστίης, ἔχθρης, ἐνεδρίης, ἐπιβουλίης, βασκανίης, ἀργαλέον ἐξειπεῖν πολυμηχανίην κακῶν· ἀπειρίη γάρ τις ἐστι· κἂν τουτέοις δολοπλοκίῃσιν ἀνθομιλεῦντες, σκολιόφρονες· ἀρετῆς δὲ παρ' αὐτέοις τρόπος ἐστὶ, τὸ χεῖρον. φιλοψευδίην γὰρ ἀσκέουσι. φιληδονίην κοσμέουσι, νόμοις ἀπειθεῦντες. ὁ δὲ, αὐτέων καταχρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην, μήτε ὁρήσιος, μήτε ἀκοῆς μετέχοντας. μούνη δ' αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκείῃ D διανοίης τηλαυγὴς, τό, τε ὂν, καὶ τὸ ἐσόμενον προορεομένη. δυσαρεστεῦνται πᾶσι, καὶ πάλιν τοῖς αὐτέοις ἐμπελάζονται. ἀρνησάμενοι πλόον, πλέουσι, γεωργίην ἀπωσάμενοι, αὖθις γεωργοῦσιν. ἐκβάλλοντες γαμετὴν, ἑτέρην εἰσάγονται. γεννήσαντες, ἔθαψαν· θάψαντες, ἐγέννησαν, γεννήσαντες, πάλιν τρέφουσι· γῆρας ηὔξαντο, ἐς αὐτὸ δ' ἀφικόμενοι στενάζουσιν· ἐν οὐδεμιῇ καταστάσει βέβαιον ἔχοντες τὴν γνώμην. ἡγεμόνες καὶ βασιλέες, μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην. ὁ δὲ ἰδιώτης, ὀρέγεται βασιλείης· ὁ πολιτευόμενος, τὸν χειροτεχνεῦντα, ὡς ἀκίνδυνον· ὁ δὲ χειροτέχνης ἐκεῖνον, ὡς εὐπορεῦντα κατὰ πάν- E των. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον τῆς ἀρετῆς οὐ θεωρέουσι καθαρὴν, καὶ λείην, καὶ ἀπρόσπταιστον, εἰς ἣν οὐδεὶς τετόλμηκεν ἐμβαίνειν. φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἀπειθῆ, καὶ σκολιὴν τρηχυβατέοντες καταφερόμενοι, καὶ προσκόπτοντες· οἱ δὲ πλεῖστοι ἐκπίπτοντες, ἀσθμαίνοντες, ὡς διωκόμενοι, ἐρίζοντες, ὑστερέοντες, προηγεύμενοι· καὶ οὓς μὲν αὐτέων, ἔρωτες ἀτάσθαλοι ὑποπεπωρήκασιν ἀλλοτρίης εὐνῆς φθορῇ, ἀναιδείης πιστεύοις· οὓς δὲ τήκει φιλαργυρίης νοῦσος ἀόριστος· οἱ δ' ἀλλήλοις ἀντεπιτίθενται· οἱ δ' ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀνενεχθέντες, βρίθει κακίης, εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέ- F ρονται· κατασκάπτουσιν, εἶτα ἐποικοδομοῦσι· χαρίζονται, εἶτα μετανοοῦσιν, ἢ καὶ ἀφαιρεῦνται· τὰ φιλίης δίκαια κακοπραγεῦντες εἰς ἔχθρην, τὰ ξυγγενείης πολεμοποιεῦντες· καὶ τουτέων πάντων αἰτίη φιλαργυρίη. τί νηπίων ἀθυρόντων διαφέρουσι; παρ' οἷς ἄκριτος μὲν ἡ γνώμη, τὸ δὲ προσπεσὸν, τερπνόν. ἐν δὲ τοῖς θυμοῖς, τί πλεῖον ζώοις ἀλόγοις παραλελοίπασιν;

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 71 sur 151

πλὴν ὅτι ἐν αὐταρκείῃ μένουσιν οἱ θῆρες. τίς γὰρ λέων ἐς γῆν κατέκρυψε χρυσόν; τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύξατο; τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε; διψῇ μὲν ἄγριος σῦς, ὅσον ὕδατος ὀρέγεται. λύκος δὲ δαρδάψας τὸ παρατυχὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀναπέπαυται. ἡμέρῃσι δὲ καὶ νυξὶ ξυναπτομένῃσιν, οὐκ ἔχει θοίνης κόρον ἄνθρωπος. καὶ χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξις, ὀχείης ἀλόγων τέρμα ἐστίν· ὁ δὲ τὸ διηνεκὲς, οἰστρομανίην ἔχει τῆς ἀσελγείης. Ἱππόκρατες, μὴ γελάσω τὸν κλαίοντα δι' ἔρωτα, ὅτι ξυμφερόντως ἀποκέκλεισται; μάλιστα δ' ἢν ῥιψοκίνδυνος ᾖ, καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν, ἢ βυθῶν πελάγεος, ἐπιτείνω τὸν γέλωτα; μὴ γελάσω τὸν τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα μεμφόμενον τῇ θαλάττῃ, ὅτι κατεβύθισεν αὐτὴν πλήρη; ἐγὼ μὲν οὐδαμῶς δοκέω γελῆν, ἐξεῦρον δὲ κατ' αὐτέων ἤθελόν τι λυπηρόν· ἀλλ' οὐδὲ ἰητρικὴν ὑπὲρ τουτέων ἐχρῆν εἶναι, μήτε τεχνώμενον παιώνια φάρμακα· ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκληπιὸς νουθετείη σοι γενέσθω. σώζων ἀνθρώπους, κεραυνοῖς ηὐχαρίστηται· οὐχ ὁρῇς ὅτι κἀγὼ τῆς κακίης μοῖρα εἰμί; μανίης διζήμενος αἰτίην, ζῶα κατακτείνω καὶ ἀνατέμνω, ἐχρῆν δὲ ἐξ ἀνθρώπου τὴν αἰτίην ἐρευνῆσαι. οὐχ ὁρῇς ὅτι καὶ ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται; ἄπειρα κατ' αὐτέου πάθεα ξυνήθροικεν· ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοσός ἐστι. τρεφόμενος, ἄχρηστος, ἱκέτης βοηθείης· αὐξανόμενος, ἀτάσθαλος, ἄφρων· ἐνδεὴς παιδαγωγίης· θρασὺς ἀκμάζων· παρακμάζων, οἰκτρός· τοῖς ἰδίοις πόνοις ἀλογιστίῃ γεωργήσας. ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων, ἐξέθορε τοιοῦτος. διὰ τοῦτο, οἱ μὲν θυμικοὶ, καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες, ἐν ξυμφορῇσι καὶ μάχῃσι, οἱ δ' ἐν φθορῇσι, καὶ μοιχείῃσι διὰ παντός· οἱ δ' ἐν μέθῃσιν· οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων· οἱ δ' ἐν ἀπωλείῃσι τῶν σφετέρων· ὄφελον δύναμις ὑπῆρχε, τὰς ἁπάντων οἰκήσιας ἀνακαλύψαντα, μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακάλυμμα, εἶθ' οὕτως ὁρῆν τὰ πρασσόμενα ἔνδον. εἶδον μὲν ἂν, οὓς μὲν ἐσθίοντας· οὓς δὲ ἐμέοντας, ἑτέρους δ' αἰκίῃσι στρεβλέοντας· τοὺς δὲ, φάρμακα κυκῶντας· τοὺς δὲ ξυννοέοντας ἐπιβουλίην· τοὺς δὲ ψηφίζοντας· ἄλλους χαίροντας· τοὺς δὲ κλαίοντας· τοὺς δὲ ἐπὶ κατηγορίην φίλων ξυγγράφοντας· τοὺς δὲ διὰ φιλοδοξίην ἔκφρονας· καί γε τινες βαθύτεραι πρήξιες, τῶν κατὰ ψυχὴν κευθομένων· καὶ τουτέων ὁκόσοι μὲν νέοι, ὁκόσοι δὲ πρεσβῦται, αἰτέοντες, ἀρνεόμενοι, πενόμενοι, πλουσιάζοντες, λιμῷ θλιβόμενοι· οἱ δὲ ἀσωτίῃ βεβαρυμένοι, ῥυπῶντες, δέσμιοι· οἱ δὲ τρυφῇσι γαυριῶντες, τρέφοντες· ἄλλοι σφάζοντες, ἄλλοι θάπτοντες· ὑπερορέοντες ἃ ἔχουσι, πρὸς τὰς ἐλπιζομένας κτήσιας ὡρμημένοι· οἱ μὲν ἀναίσχυντοι, οἱ δὲ φειδωλοὶ, οἱ δὲ ἄπληστοι, οἱ μὲν φονεύοντες, οἱ δὲ τυπτόμενοι· οἱ δὲ ὑπερηφανεύοντες, οἱ δὲ ἐπτοημένοι κενοδοξίῃ· καὶ οἱ μὲν ἵπποισι παρεστῶτες, οἱ δὲ ἀνδράσιν, οἱ δὲ κυσὶν, οἱ δὲ λίθοις, ἢ ξύλοις, οἱ δὲ χαλκῷ, οἱ δὲ γραφῇσι· καὶ οἱ μὲν πρεσβείαις, οἱ δὲ στρατηγίαις, οἱ δὲ ἱερωσύνῃσιν, οἱ δὲ στεφανηφορίαις· οἱ δὲ ἔνοπλοι· οἱ δ' ἀποκτεινόμενοι. φέρονται δὲ τουτέων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἐπὶ ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπὶ στρατείην, οἱ δὲ ἐπ' ἀγροικίην· ἕτεροι δὲ ἐπὶ φορτίδας ναῦς· οἱ δὲ εἰς ἀγορήν· ἕτεροι δ' ἐπ' ἐκκλησίην, οἱ δὲ ἐπὶ θέητρον· οἱ δὲ ἐς φυγήν· ἄλλοι δὲ ἀλλαχόσε· καὶ οἱ μὲν ἐς φιληδονίην, καὶ ἡδυπαθείην, καὶ ἀκρασίην· οἱ δὲ εἰς ἀργίην καὶ ῥαθυμίην· τὰς ἀναξίους οὖν καὶ δυστήνους ψυχὰς ὁρέοντες καὶ τοσαύτας, πῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν τοιῶνδε ἀκρασίην ἔχοντα βίον αὐτέων;

A nisi quod feræ in eo quod ſatis eſt ſe continent. Quinam enim leo, aurum in terram abdidit? Quinam taurus vt plus haberet, deprælìatus eſt? Quæ pardalis inſatiabilitatem cepit? Sitit quidem aper, ſed quantum aquæ appetierit. Lupus verò, dilaniato quod ſeſe obtulit neceſſario alimento, quieſcit. At diebus & noctibus coniunctis, hominem non capit dapis ſatietas. Et anniuerſariorum temporum ordo, coitus brutorum terminus eſt, hic verò inſano libidinis œſtro perpetuò agitatur. Non ridebo Hippocrates, eiulantem ex amore, quod vtiliter excluſus eſt? maximè verò ſi quis B periculorum contemptor ſit, & per præcipitia aut alta pelagi feratur, riſum non intendam? Non ridebo eum qui nauem multis oneribus onuſtam demerſit, deinde mare incuſantem, quod eam plenam ſubmerſerit? Equidem minimè ridēdum cenſeo, verùm in eos aliquid moleſti excogitaſſe vellem. At neque pro his medicinam eſſe oportuit, neque qui Pæonia medicamenta conficeret. Admoneat te tuus ille progenitor Æſculapius: ſeruans homines, fulmine muneratus eſt. Non vides me quoq; vitij partem eſſe? inſaniæ cauſam inquirens, animantia macto ac reſeco, ex homine autem cauſam ſcrutari oportuit. Nonne vides mundum C ipſum hominum odij plenum eſſe? infinita aduerſus ipſum mala congregauit. Totus homo ab ortu morbus eſt. Dum educatur inutilis, auxilium ſupplex implorat; dum creſcit, proteruus, inſipiens, pædagogo indigens; in vigore, audax; decurſo vigore, miſerabilis, ſuos labores inconſiderantia excolens. Talis enim ex maternis cruoribus promicuit. Propterea hi quidem iracundi, & immodica ira pleni, in calamitatibus & pugnis, alij in adulteriis, & ſtupris perpetuò verſantur, alij in ebrietate, alij in rerum alienarum cupiditatibus, alij in ſuis perdendis. Vtinam poſſemus omnium D habitationes, nullo eorum quæ intus ſunt velamento relicto, detegere, deinde ita quæ intus agerentur inſpicere! hos quidem edentes viderem, illos verò vomentes, alios autem fœdis modis torquentes, alios venena miſcentes, alios inſidias ſtruentes, alios rationes ponentes, hos gaudentes, plorantes illos, hos amicorum accuſationem commentari, illos verò gloriæ cupiditate inſanos deſipere. Quanquam ſunt quædam retruſiores actiones, quæ in animo deliteſcunt. Et horum quot iuuenes, quot verò ſenes, petentes, repulſi, pauperes, rebus affluentes, fame preſſi. Alij E verò luxu grauati, ſordidi, vincti: illi autem deliciis geſtientes, alentes. Alij iugulantes, alij ſepelientes: ea quæ habent deſpicati, ſperatas poſſeſſiones inhiantes: alij quidem impudentes, alij verò parci, alij inexplebiles, alij interficientes, alij vapulantes, alij ſuperbientes, alij inani gloria attoniti. Et hi quidem equis adſiſtunt, alij hominibus, alij canibus, alij lapidibus, aut lignis, alij æri, alij picturis. Et alij quidem legationibus, alij militaribus imperiis, alij ſacerdotiis, alij coronis geſtandis, alij armati ſunt, alij verò interficiũtur. Et horum ſinguli feruntur, partim quidem in rem nauticam, partim in militiam, partim in agriculturam. Alij verò in F naues onerarias, alij in forum, alij in concionem, alij in theatrum, alij in exilium, alij verò alìorſum. Et alij quidem in vitam voluptuariam, alij in mollitiem & intemperantiam, alij ad otium ac deſidiam. Cùm igitur indignas & infelices animas totque videamus: quomodo eorum vitam eiuſmodi intemperantia affectam non ſubſannemus?

Valde

Valde namque ſpero, ne artem quidem tuam medicam ipſis placere. Faſtidiunt quippe propter intemperantiam omnia, & ſapientiam, inſaniam putant. Et profectò, non incertò ſuſpicor, pleraque in arte tua, aut per inuidiam, aut propter ingratum animum contumelia affici. Ægroti enim ſimul ac ſeruati ſunt, cauſam Diis vel fortunæ attribuunt. Pleriqne verò hoc ſuæ naturæ aſſignantes, bene meritum oderunt, propè vt indignentur, ſi debitores putentur. Multi etiam artis ignorationem in ſe habentes imperiti cùm ſint, extenuant quod præſtâtius eſt. Nam penes ſtolidos ſuffragia ſunt. Neque verò ægroti, adſtipulatores eſſe volunt, neque artis ſocij teſtari: inuidia enim obſtat. Nec tu huiuſmodi maledicentiæ expers es, imò probè ſcis, id te in grauibus affectionibus ſæpè fuiſſe, neque criminationi aut inuidiæ conuitiatum eſſe. Veritatis enim nulla cognitio eſt, neque teſtimonium. Quæ cùm diceret, adridebat, mihique, Damagete, diuina quadā ſpecie eſſe videbatur, & prioris formæ oblitus. Tum ego, ô magnifice Democrite, magna ſanè hoſpitalitatis tuæ munera mecum Co reportabo, multa enim me ſapientiæ tuæ admiratione impleuiſti. Præco enim tui decedo, qui naturæ humanæ veritatem inueſtigaris, & mente complexus ſis. Accepta autem abs te mentis meæ curatione diſcedo, cum id tempus poſtulet, & cura corporis. Cras verò ac deinceps, vnà erimus. Hæc cùm dixiſſem ſurrexi, ille verò ſequi paratus erat. Cuidam autem, qui haud ſcio vnde acceſſerat, libros tradidit. Et ego contentiùs feſtinaui. Et ad Abderitas qui erant in ſpeculis expectantes me, viri inquam, pro veſtra ad me legatione magnas habeo gratias. Democritum enim vidi virum ſapientiſſimum, qui ſolus potentiſſimus eſt, homines ad ſanam mentē reducere. Hæc habui, Damagete, quæ de Democrito tibi narrarem lætus admodum. Vale.

A κάρτα γὰρ ἔλπομαι μηδὲ τὴν σὴν ἰητρικὴν ἁνδάνειν αὐτέοισιν· δυσαρεστέονται γὰρ ὑπ' ἀκρασίης ἅπασι· καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν. ἤπου γὰρ ὑπονοέω ὡς σαφῶς λωβᾶσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι' ἀχαριστίην· οὔτε γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην θεοῖς, ἢ τύχῃ προσνέμουσι· πολλοὶ δὲ τῇ ἰδίῃ φύσει προσάψαντες, ἐχθαίρουσι τὸν εὐεργετήσαντα, μικροῦ δεῖν προσαγανακτεῦντες, εἰ νομίζονται χρεοφειλέται· οὔτε πολλοὶ τὸ τῆς ἀτεχνίης ἐφ' ἑωυτέοις ἔχοντες, ἀΐδριες ἐόντες, καθαιροῦσι τὸ κρέσσον· ἐν ἀμαθέσι γάρ εἰσιν αἱ ψῆφοι, οὔτε δ' οἱ πάσχοντες συνόμιλοι εἶναι θέλουσιν, οὔτε οἱ ὁμοτεχνεῦντες μαρτυρέειν· φθόνος γὰρ ἐνίσταται. οὐκ ἄπει-
B ρος σὺ τῶν τοιουτέων λεγομένων· σαφέως δὲ εἰδὼς, ταῦτα ἐν ἀξιοπαθείῃσί σε πολλάκις γενηθέντα, καὶ οὐδὲ αἰτίην ἢ βασκανίην φιλοτωθάσαντα· ἀπρεκέως γὰρ, οὐδεμία οὔτε γνῶσις, οὔτε μαρτυρίη. ἐπεμειδία δὲ λέγων ταῦτα· καί μοι, Δαμάγητε, θεοειδής τις κατεφαίνετο, καὶ τὴν προτέρην αὐτέου μορφὴν ἐκλελησμένος· καὶ, φημὶ, ὦ Δημόκριτε μεγαλόδοξε, μεγάλας γε τῶν σῶν ξενίων δωρεὰς εἰς Κῶ ἀποίσομαι· πολλοῦ γάρ με τοῦ σοφίης θαυμασμοῦ πεπλήρωκας· ἀπονοστέω γάρ σου κῆρυξ, ἀληθείης ἀνθρωπίνης φύσιν ἐξιχνευσάμενος, καὶ νοησάμενος. θερα-
C πείην δὲ λαβὼν τῆς ἐμῆς διανοίης παρὰ σεῦ, ἀπαλλάσσομαι τῆς ὥρης τοῦτο ἀπαιτούσης, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἐπιμελείης· αὔριον δὲ, καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς, ἐν ταὐτῷ γενησόμεθα. ἀνιστάμην ταῦτα εἰπὼν, καὶ ὃς ἦν ἕτοιμος ἀκολουθεῖν. προσελθόντι δέ τινι, οὐκ οἶδ' ὁκόθεν, ἀπεδίδου τὰ βιβλία· κἀγὼ ξυντονώτερον ἤπειξα· καὶ πρὸς τοὺς ὄντας Ἀβδηρίτας ἐπὶ τῇ σκοπιῇ, ἀναμένοντάς με, ἄνδρες ἔφην, τῆς πρὸς ἐμὲ πρεσβείης, χάρις ὑμῖν πολλή. Δημόκριτον γὰρ εἶδον, ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους μοῦνον δυνατώτατον· ταῦτ' ἔχω σοι περὶ Δημοκρίτεω, Δαμάγητε, φράζειν, γηθοσύνως πάνυ. ἔρρωσο.

D

Democritus Hippocrati benè agere. 21.

Democritus Hippocrati ſcribit Abderitis opportuniùs quàm ſibi veratrum exhibendum eſſe; hic iudicium, hic diagnoſticum Hippocratis.

ADVENISTI, Hippocrates, nobis, vt inſanis veratrum daturus, cùm ſtultis hominibus paruiſſes, apud quos virtutis labor, inſania iudicatur. Tum autem fortè, de mundi diſpoſitione, & poli, ac inſuper ſiderum cœleſtium ſcribebamus; Quum autem horum naturam cognouiſſes, quàm valde aptè eſſent fabricata, & quàm procul ab inſania ac dementia eſſent poſita, ingenium quidem meum laudaſti, illos verò amētes, & feros, & inſanos iudicaſti. Quæ enim ſimulacris per aërem vagantia nos fallunt, quæ ſanè mundus eſſe conſpiciuntur, & viciſſitudine ſuccedunt, ea mens mea naturæ ſcrutata veritatem, in lucem produxit. Horum autem teſtes ſunt libri à me conſcripti. Oportet igitur te quoque Hippocrates, cum huiuſmodi viris non congredi, & verſari, quorum mens fluctuat & inconſtans eſt. Nam ſi ab his perſuaſus, mihi tanquam inſano veratrum propinaſſes, prudentia in inſaniam euaſiſſet, artemque tuam velut dementiæ cauſam vituperaſſent. Veratrum enim ſanis exhibitum, menti tenebras offundit, inſanis verò, multùm prodeſſe conſueuit. Exiſtimo enim, quod ſi me non ſcri-

Δημόκριτος Ἱπποκράτει εὖ πράττειν. κα'.

Δημόκριτος Ἱπποκράτει γράφει ἐλλέβορον Ἀβδηρίταις μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ δοτέον· ἔνθα ἡ Ἱπποκράτους κρίσις τε καὶ διαγνωστικόν.

Ἐπῆλθες ἡμῖν ὡς μεμηνόσιν, ὦ Ἱππόκρατες, ἐλλέβορον δώσων, πεισθεὶς ἀνοήτοις ἀνδράσι, παρ' οἷς ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς, μανίη κρίνεται· ἐτυγχάνομεν δὲ
E τότε, περὶ κόσμου διαθέσεως, καὶ πολογραφίης· ἔτι δὲ ἄστρων οὐρανίων ξυγγράφοντες· γνώσας δὲ τὴν ἐπὶ τούτοις φύσιν, ὡς εὐκαίρως κάρτα εἴη ἐπιδεδημιουργημένα, καὶ ὡς τηλοῦ μανίης καὶ παραφρονήσιος καθέστηκεν, ἐμεῖο μὲν φύσιν ἐπήνεσας, ἄφρονας δὲ, καὶ ἀπηνέας, καὶ μεμηνότας κείνους ἔκρινας· ὁκόσα γὰρ ἰνδαλμοῖς διαλλάσσοντα ἀνὰ τὸν ἠέρα πλάζει ἡμέας, ἃ δὴ κόσμος ξυνορᾶται, καὶ ἀμείβοντα τέτευχε, ταῦτα νόος ἐμὸς, φύσιν ἐρευνήσας ἀπρεκέως, εἰς φῶς ἤγαγεν· μάρτυρες δὲ τουτέων, βίβλοι ὑπ' ἐμεῖο γραφεῖσαι.
F χρὴ οὖν καί σε, ὦ Ἱππόκρατες, μὴ τοιουτοτρόποισιν ἀνδράσι ξυνέρχεσθαι, καὶ ξυνομιλέειν, ὧν νόος ἀκρόπλοος, καὶ ἀβέβαιος καθέστηκεν. εἰ γάρ τοι πεισθεὶς, ὡς μεμηνότα με ἐπότισας ἐν ἐλλεβόρῳ, ἡ πινυτὴ μανίη ἂν ἐγεγόνει· καὶ σεῦ τέχνην κατεμέμψαντο, ὥσπερ αἰτίην παρακοπῆς γεγενημένην· ἐλλέβορος γὰρ ὑγιαίνουσι μὲν δοθεὶς, ἐπισκοτεῖ διάνοιαν, μεμηνόσι δὲ, κάρτα ὠφελέειν εἴωθεν· ᾠήθην γὰρ, εἰ μὴ κατειλήφεις με γρά-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 73 sur 151

φοντα, ἀνακείμενον δὲ, ἢ σχεδὸν περιπατοῦντα, καὶ προσομιλέοντα ἐμαυτῷ, (A) ὁτὲ μὲν δυσχεραίνοντα ὁτὲ δὲ μειδιῶντα ἐπὶ τοῖς ἐννοουμένοις ὑπ' ἐμοῖο· καὶ τοῖς προσομιλέουσι τῶν γνωρίμων, οὐ προσέχοντα· ἐφιστάντα δὲ τὴν διάνοιαν, καὶ σκεπτόμενον ἐκπάγλως, ᾤηθης ἂν Δημόκριτον, κατά γε ὄψιος κρίσιν, ἐκ τῶν ὁρεομένων, μανίης εἰκόνι ἐοικέναι. χρὴ οὖν τὸν ἰητρὸν, μὴ μόνον ὄψει τὰ πάθη κρίνειν, ἀλλὰ καὶ πρήγματι· τούς τε ῥυθμοὺς ἀνακρίνειν, ὡς ἐπιτοπλεῖστον, καὶ πότερον ἄρχοιτο τὸ πάθος, ἢ μεσάζοι, ἢ λήγοι· καὶ διαφορὴν, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην παρατηρέοντα, ἰητρεύειν τὸ πάθος, οὐλομελίην τε τοῦ σκήνεος. ἐκ γὰρ τουτέων ἁπάντων, εὐ- (B) χερῶς τὴν νοῦσον εὑρήσεις. ἀπέσταλκα δέ σοι τὸν περὶ μανίης λόγον· ἔρρωσο.

A bentem, ſed recumbentem, aut fermè deambulantem offendiſſes, & mecum colloquentem, modo quidem mihimet ipſi diſplicentem, modò etiam cogitationibus meis arridentem, & alloquentibus me familiaribus non attendentem, ſed mente defixâ, & ſtupendum in modum conſiderantem, ex oculorum quidem iudicio, ex iis quæ videres, Democritum inſaniæ imagini ſimilem eſſe cenſuiſſes. Medicum igitur decet, non ſolum oculis, ſed re ipſa, affectus iudicare, & modulos, vt plurimum recenſere, & num morbus incipiat, aut in medio ſit, aut deſinat, & differentiam & anni tempus, & ætatem obſeruan- B tem, affectionem curare, & totam compagem corporis. Ex his enim omnibus, facilè morbum deprehendas. Ad te autem miſi ſcriptum illud de inſania. Vale.

Ὁ περὶ μανίης λόγος. κβ΄.

Τὰ τῆς μανίης αἴτια χολή τε καὶ φλέγμα· διαφοραί· διαγνωστικὰ σημεῖα· θεραπεία.

ΜΑινομένῳ δὲ, ὡς ἔφην, ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου, (C) ὑπὸ ὑγρότητος τοῦ ἐγκεφάλου, ἐν ᾧ ἐστι τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα ὅταν ὑγρότερος τῆς φύσιος ᾖ, ἀνάγκη κινεῖσθαι· κινουμένου δὲ, μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν, μήτε τὴν ἀκοήν· ἀλλὰ ἄλλοτε ἀλλοῖα ὁρᾶν τε, καὶ ἀκούειν. τήν τε γλῶσσαν τοιαῦτα διαλέγεσθαι, οἷα ἂν βλέπῃ τε καὶ ἀκούῃ ἑκάστοτε· ὅσον δὲ ἂν ἀτρεμίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, τοσοῦτον καὶ φρονεῖ χρόνον ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἡ διαφθορὰ τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος, καὶ χολῆς· γνώσῃ δὲ ἑκάτερα, ὧδε· οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ φλέγματος μαινόμενοι, ἥσυχοί τέ εἰσι, καὶ οὐ βοηταὶ, οὐδὲ θορυβώδεες· οἱ δὲ ὑπὸ (D) χολῆς, πλῆκται, καὶ κακοῦργοι, καὶ οὐκ ἠρεμαῖοι· ἢν μὲν ξυνεχῶς μαίνωνται, αὗται αἱ προφάσιές εἰσιν. ἢν δὲ δείματα, καὶ φόβοι, ὑπὸ μεταστάσιος γίνεται τοῦ ἐγκεφάλου θερμαινομένου ὑπὸ χολῆς, ὁρμώσης ἐπ' αὐτὸν κατὰ φλέβας τὰς αἱματίτιδας. ὅταν δὲ ἀπέλθῃ ἡ χολὴ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, καὶ τὸ σῶμα πέπαυται. ἀνιῆται δὲ καὶ ἀσῆται, καὶ ἐπιλήθεται παρὰ καιρὸν, ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος, καὶ ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος· ὅταν δὲ ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται ὑπὸ χολῆς, κατὰ τὰς φλέβας τὰς εἰρημένας ἐπιζέσαντος τοῦ αἵματος, ἐνύπνια ὁρῶσι φοβερά· (E) καὶ ὡς ἐγρηγορότος τὸ πρόσωπον φλογιᾷ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρυθραίνονται, καὶ ἡ γνώμη ἐπινοεῖ τι κακὸν ἐργάζεσθαι· τοῦτο καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει· ὅταν δὲ τὸ αἷμα σκεδασθῇ πάλιν ἐς τὰς φλέβας, πέπαυται· ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἱστορήσας ὡς ἐγίνετο ἀφωνίη, ἄγνοια, παραληρήσεις συχναὶ, καὶ ὑποστροφαί· ἡ δὲ γλῶσσα σκληρὴ, καὶ εἰ μὴ διακλύσαιτο, λαλεῖν οὐχ οἷόν τε ἦν, καὶ σφόδρα πικρή· τὰ πολλὰ φλεβοτομίη ἔλυσεν, ὑδροποσίη, μελίκρητον, ἐλλεβόρων πόσιες· οὗτος ὀλίγον ἐπιζήσας χρόνον, ἐτελεύτησεν· ἄλλος ἦν, ὃς ὅτε εἰς πότον ὁρμῴη, φόβος τῆς αὐλητρίδος (F) ἐλάμβανεν, εἰ ἀκούσειεν αὐλούσης. ἡμέρης δὲ ἀκούων, οὐδὲν ἔπασχε.

De inſania, tractatio. 22.

Inſaniæ cauſa, bilis & pituita; differentiæ; ſigna diagnoſtica; curatio.

C INſanienti autem, vt dixi in libro de morbo ſacro, ob humiditatem cerebri, in quo animæ ſunt functiones, cùm humidius natura fuerit, moueri neceſſe eſt: cùm verò mouetur, neque viſum, neque auditum quieſcere, ſed aliàs alia & videre, & audire: linguámque talia loqui, qualia ſemper viderit & audierit. Quantò verò tempore cerebrum quieuerit, tanto etiam homo ſapit. Cerebri verò corruptio, ex pituita & bile oritur. Vtrumque autem hoc modo dignoſces. Qui enim à pituita inſaniunt, taciti ſunt, neque clamoſi, neque tumultuoſi. D Qui verò à bile, percuſſores, & malefici ſunt, neque quieti. Et, ſi quidem continenter inſaniant, eæ cauſæ ſunt. Sin autem terrores & metus, à tranſmutatione fiunt, calefacto cerebro à bile, in ipſum per venas illas ſanguinarias irruente. Vbi verò bilis rurſus in venas diſceſſerit, etiam corpus quieſcit. Triſtatur verò & faſtidit, & intempeſtiuè obliuiſcitur, dum cerebrum à pituita refrigeratur, & præter morem obducitur. Quum verò derepente cerebrum à bile calefactum fuerit, vbi ſanguis in E iis, quas dixi, venis inferbuit, horrenda vident inſomnia, ac velut euigilati facies flammeſcit, oculi rubent, menſque aliquid mali patrare cogitat: idque etiam in ſomno contingit. Vbi verò ſanguis rurſus in venas diſperſus fuerit, quieſcit. Porrò in quinto libro de Morbis vulgaribus, memorans quomodo vocis defectio eueniret, ignoratio, crebra deliria, & morbi reuerſiones. Lingua autem dura erat, ac, niſi collueretur, loqui non poterat, & valdè amara: plerunque venæ ſectio ſoluit, aquæ potio, aqua mulſa, veratri potiones. Hic cùm non diu ſuperuixiſſet, mortuus eſt. Erat & alius, quem, cùm ad F conuiuium procederet, tibicinæ metus inuadebat, ſi tibia canentem audiſſet; interdiu verò ſi audiret, nihil patiebatur.

Hippocrates

A

Hippocrates Democrito benè agere. 23.

Artem medendi plus reprehenſionis quàm honoris ſortiri, & Abderitas inſanos, Democritum verò ſapientiſsimum fuiſſe.

ARtis medicæ, ô Democrite, rectè quidẽ facta, plerique hominum non admodum laudant, ſæpe verò Diis attribuunt. At ſi quid aduerſata natura, eum qui curatur intereme-rit, numen prætermittentes, medicos incuſant. Et arbitror equidem, plus reprehenſionis quàm honoris artem illam ſortitam eſſe. Ego enim, quamuis iam ſenex, ad finem artis medicæ non perueni, nam neque etiam eius inuentor Æſculapius, ſed & ipſe à ſeſe in multis diſſenſit, velut hiſtoricorum libri nobis tradiderunt. Quæ ad nos igitur abs te miſſa eſt epiſtola, per veratrum medicinam reprehendebat. Accitus ergo ſum, Democrite, velut inſanientem veratro purgaturus, quum non diuinaſſem, qualis tandem eſſes. Poſtquam verò congreſſus agnoui, non per Iouem deſipientiæ opus, ſed fermè omninò approbandum: magnopere ingenium tuum laudaui, téque præſtantiſſimũ naturæ & mundi interpretem iudicaui: eos autem qui me ad te introduxerant, tanquam inſanos vituperaui, cùm ipſi medicina indigerent. Quando igitur caſus nos in vnum coëgit, rectè feceris, ſi ad nos crebriores literas dederis, & conſcriptos à te commentarios nobis impertieris. Miſi autem etiam ad te de veratri purgatione libellum. Vale.

Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ εὖ πράττειν. κγʹ.

Τὴν ἰατρικὴν τέχνην πλείονα μεμψιμοιρίην ἢ τιμὴν κληροῦσθαι, καὶ τοὺς μὲν Ἀβδηρίτας μεμηνότας, τὸν δὲ Δημόκριτον σωφρονῆσαι.

Ἡ τεχνικῆς τέχνης, ὦ Δημόκριτε, κατορθώματα μὲν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐ πάντα πάσιν ἐπαινοῦσιν, θεοῖς δὲ πολλάκις προσγράφουσιν· ἢν δέ τι ἡ φύσις ἀντιπρήξασα, ἀπολέσῃ τὸν θεραπευόμενον, ἰητροὺς καταμέμφονται, B παρέντες τὸ θεῖον· καὶ ἔγωγε δοκέω πλείονα μεμψιμοιρίην, ἢ τιμὴν κεκληρῶσθαι τὴν τέχνην. ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς ἐς τέλος οὐκ ἀφῖγμαι, καίπερ ἤδη γηραλέος καθεστώς· οὐδὲ γὰρ ὁ τῆσδε εὑρετὴς Ἀσκληπιός· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν πολλοῖς διεφώνησε· καθάπερ ἡμῖν αἱ τῶν ξυγγραφέων βίβλοι παραδεδώκασιν· ἡ μὲν οὖν ὑπὸ σέο ἐπισταλεῖσα ἡμῖν ἐπιστολὴ, κατεμέμφετο περὶ τῆς φαρμακείης τοῦ ἐλλεβόρου· εἰσήχθην μὲν οὖν, ὦ Δημόκριτε, ὡς μεμηνότα ἐλλεβορίσων· οὐ καταμαντευσάμενος ὅς τίς ποτ᾽ εἴης· ὡς δ᾽ ἐντυχὼν, ἔγνων, οὐ μὰ Δία, παραφρονήσεως ἔργον, ἀλλὰ σχεδὸν ἀποδοχῆς πάσης. κάρτα σὴν φύσιν ἐπῄνεσα· ἄριστόν τε φύσεως ἑρμηνευτὴν, καὶ κόσμου ἔκρινα· τοὺς δὲ εἰσαγαγόντας με, ἐμεμψάμην ὡς μεμηνότας· φαρμακείης γὰρ αὐτοὶ ἔχρηζον. C ἐπεὶ τοίνυν τὸ αὐτόματον ἡμέας εἰς τὸ αὐτὸ συνήγαγεν, ὀρθῶς ποιήσεις ἐπιστέλλων ἡμῖν πυκνότερον, καὶ μεταδιδοὺς τῶν ὑπὸ σέο γραφομένων ξυνταγμάτων· ἀπέσταλκα δέ σοι καὶ αὐτὸς τὸν περὶ τοῦ ἐλλεβορισμοῦ λόγον. ἔρρωσο.

Hippocrates Democrito, de Veratri Purgatione. 24.

Quos, quà, & quando, veratro aut alio pharmaco purgare oporteat; hic veratri & purgationis effectus.

QVi non facilè per ſuperiora purgantur, iis corpora copioſiore cibo, & quiete, ante potionem prǽhumectanda ſunt. Poſtquã autem veratrũ biberit, corpora magis ad motionẽ ducẽda, quàm ad ſomnos. Quòd verò motio corpora turbet, indicat nauigatio. Quum voles vt veratrum plus ducat, corpora moueto; veratrũ iis, qui carnes ſanas habẽt, periculum creat. Qui in medicamentorũ potionibus nõ ſitiunt, purgari non deſinunt, prius quàm ſitiant. Ex veratro cõuulſio, lethalis. Immodicæ purgationi ſi ſuperuenerit conuulſio, aut ſingultus, malo eſt. In alui perturbationibus & vomitionibus ſpõte obortis, ſi, qualia purgari conuenit, purgentur; & conducit, & facile ferũt; ſin minùs, contra accidit. Quemadmodũ autem in Prænotionibus dictum eſt, per ſuperiora purgatio accõmoda eſt ei, in quo ſine febre, cibi faſtidium, aut oris ventriculi morſus, aut tenebricoſa vertigo, aut os amarum eſt, in ſumma omnibus ſupra ſeptum tranſuerſum doloribus. Per inferiora verò, vbi citra febrem tormina, lumborum dolor, genuum grauitas, menſes ægrè prodeuntes, & dolores ſunt in partibus ſub ſepto tranſuerſo. In medicamentorum autem potionibus, cauere oportet qui ſcito corpore ſunt, præcipuè verò nigri, & humida carne præditi, ſed & ſubſicci, & balbi, & blæſi. At qui per morbi initia, inflammationes, vt in libro de ptiſana dixi, confeſtim per medicamenti potionem ſoluere nituntur, ij de diſtento quidem ac inflammato nihil auferunt:

Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ, περὶ ἐλλεβορισμοῦ. κδʹ.

D

Οὕστινάς τε, ᾗ πῆ, καὶ πότε δεῖ ἐλλεβόρῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ φαρμάκῳ καθαίρειν. ἐνταῦθα αἱ τοῦ ἐλλεβόρου καὶ τῆς καθάρσεως ἐνέργειαι.

Τοῖς μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοις, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα, πλέονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει· ἐπὴν δὲ πίῃ ἐλλέβορον, πρὸς τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων μᾶλλον ἄγειν, μὴ πρὸς ὕπνους· δηλοῖ δὲ ἡ ναυτιλίη, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει· ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν ἐλλέβορον, κίνει τὰ σώματα· ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖς σάρκας ὑγιέας ἔχουσιν· ὅσοι ἐν ταῖς φαρμακοποσίαις μὴ E διψῶσι, καθαιρόμενοι οὐ παύονται, πρὶν ἢ διψήσωσι· σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον· ἐπὶ ὑπερκαθάρσει, σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος, κακόν· ἐν ταῖς ταραχαῖς τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοις τοῖς αὐτομάτοις γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν· εἰ δὲ μὴ, τοὐναντίον. ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ προγνωστικῷ, κάθαρσις εὔθετη ἡ ἄνω ἐπ᾽ ἀπυρέτῳ, ἀσιτίη, ἢ καρδιωγμὸς, ἢ σκοτόδινος, ἢ στόμα ἐπιπικρούμενον, καθόλου ταῖς ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδύναις· ἡ δὲ κάτω, ὅπου χωρὶς πυρετοῦ στρόφος, ὀσφύος ὀδύνη, γουνάτων βάρος, καταμήνια F δυσπορούμενα, ὀδύναι ἐν τοῖς ὑπὸ τὸ διάφραγμα· φυλάσσεσθαι δὲ ἐν ταῖς φαρμακοποσίαις τοὺς ἀστείους τὰ σώματα· μάλιστα δὲ τοὺς μέλανας, καὶ ὑγροσάρκους· καὶ τοὺς ὑποξήρους δὲ, καὶ ψελλοὺς, καὶ τραυλούς· ὁκόσοι δὲ τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῆς νούσου, ὡς ἔφην ἐν τῷ περὶ πτισάνης, εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ, τοῦ μὲν ξυντεταμένου, καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ὠφελέουσιν·

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 75 sur 151

A οὐδὲ γὰρ διαδίδωσιν ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος· τὰ δὲ ἀντέχοντα τῷ νοσήματι, καὶ ὑγιέα, ξυντήκουσι. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γινομένου, τὸ νόσημα ἐπικρατεῖ, καὶ ἀνιήτως ἔχουσι· ἐλλεβορίζειν δὲ χρὴ, οἷς ἀπὸ κεφαλῆς φέρεται ῥεῦμα· μὴ διδόναι δὲ ἐπὶ ἐμπύων. μὴ φαρμακεύειν τοὺς ἀχρόους, τοὺς βραγχώδεας, τοὺς σπληνώδεας, τοὺς ἀφαίμους, τοὺς πνευματώδεας, καὶ ξηρὰ βήσσοντας, διψώδεας, φυσώδεας, ἐντεταμένους ὑποχόνδρια, καὶ πλευρὰς, καὶ μετάφρενα, τοὺς ἀπονεναρκωμένους, καὶ ἀμαυρὰ βλέποντας, καὶ οἷς ἦχοι τῶν ὤτων, καὶ τῆς οὐρήθρας ἀκρατεῖς· B μηδὲ τοὺς ἰκτερώδεας, ἢ κοιλίης ἀσθενέας, ἢ αἱμορρώδεας, ἢ ἐν φύμασιν· ἢν δὲ φαρμακεύσαι δοκῇ, ἐλλεβόρῳ ἀσφαλῆς ἄνω κάθαιρε· κάτω δὲ μή· κράτιστον δὲ, τούτους διαιτᾶν· ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ προῤῥητικῷ, μὴ φαρμακεύειν, μηδὲ τοὺς ἐπανεμέοντας μέλανα, ἀποσίτους, καὶ παραφόρους, καθεύδειν μικρὰ, ὀδυνώδεας, ὄμμα θρασὺ κεκλιμένον ἔχοντας, ἀποιδέοντας, σκοτώδεας, ἀχρόους, μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ καυματώδεας, κατακεκλασμένους. ὡς δὲ ἔφην περὶ πτισάνης, σησαμοειδὲς ἄνω καθαίρει. ἡ πόσις, ἡμίσυ δραχμῆς ἐν ὀξυμέλιτι τετριμμένῳ. ξυμμίσγεται δὲ καὶ τοῖς ἐλλεβόροις τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, καὶ ἧσσον πνίγει· C καθαίρει δὲ καὶ τοὺς ἐν χρονίοις τεταρταίοις, καὶ τοὺς ἐν λιπυριώδει πυρετῷ χρονίους· καὶ ὧν οὐκ ἔστι δίψος, μηδὲ ἀπόκρισις. τούτους δὲ μὴ πρότερον τῶν τριῶν ἑβδομάδων· ποτὲ δὲ καὶ πλευριτικοὺς, καὶ εἰλεώδεις· ὡς δὲ ἔφην ἐν τῷ περὶ γυναικείων, καθαίρειν καὶ ἢν αἱ μῆτραι καθάρσιος δέονται.

A nec enim cedit affectus, cùm crudus ſit: quæ verò morbo obſiſtunt & ſana ſunt, contabefaciunt, imbecillo autem reddito corpore, morbus ſuperior euadit, & inſanabiles ſunt. Veratrum autem exhibendum quibus de capite fluxio fertur, at ſuppuratis minimè dandum. Medicamentum ne dederis decoloribus, raucis, lienoſis, exanguibus ſpirituoſis, & ſicca tuſſientibus, ſiticuloſis, flatuoſis, quibus hypochondria, & latera, & dorſum diſtenta ſunt, qui torpore affecti ſunt, & obſcurè vident, & quibus aurium ſonitus; & meatus vrinæ impotentibus, neque qui morbo regio laborant, & aluo ſunt debili, quibus ſanguis erumpit, aut qui tubercula habent. B Quòd ſi medicamento purgandum videatur, veratro per ſuperiora ſecurus purgato; at per inferiora, minimè. Optimum autem eſt, victus rationem his præſcribere. Neque verò, quemadmodum in Prorrhetico dixi, medicamento purgandi ſunt, qui nigra euomunt, cibos auerſantur, delirant; cum dolore parum dormiunt, qui aſpectum ferocem deflexum habent; extumeſcentes, vertiginoſos, decolores, neque in febre æſtuoſos, & confractos. Seſamoïdes verò, vt dixi in libro de Ptiſana, per ſuperiora purgat; potio drachmæ dimidium, in aceto mulſo tritum. C Admiſcetur etiam veratris tertia potionis parte, & minus ſuffocat. Purgat autem & qui in diuturnis quartanis, & qui in vetere lipyria febri, & eos quibus neque ſitis, neque excretio eſt, hos tamen non ante tres hebdomadas. Interdum etiam pleuriticos & voluulo laborantes. Quinetiam purgandum eſt, ſi vteri purgatione opus habeant, veluti dixi in libro de Morbis mulierum.

Ἱπποκράτης πρὸς τὸν υἱὸν Θεσσαλόν. κε'.

Τὰς Γεωμετρικὴν τε καὶ Ἀριθμητικὴν ἱστορίας ἰατρῷ ἀναγκαίας εἶναι.

Ἱστορίης δὲ μελέτω σοι, ὦ παῖ, γεωμετρικῆς, καὶ ἀριθμήσιος· οὐ γὰρ μόνον σεο καὶ τὸν βίον εὐκλέα, καὶ ἐπὶ πολλὰ χρήσιμον ἐς ἀνθρωπίνην μοίρην ἐπιτελέσει· ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ὀξυτέρην τε, καὶ τηλαυγεστέρην κατὰ τὸ ἐν ἰητρικῇ ὀνῆσθαι πᾶν ὅ, τι χρήζει· καί τοι ἡ μὲν τῆς γεωμετρίης ἱστορίη, ἐοῦσα πολυσχημός τε, καὶ πολυειδὴς, καὶ πᾶν μετ' ἀποδείξεως E περαινομένη, ἔσται χρησίμη πρός τε τὰς τῶν ὀστέων θέσεις, καὶ ἐξαρθρήσεις, καὶ τὴν λοιπὴν τῶν μελέων τάξιν· εἰς τὴν γὰρ τούτων πολυτροπίην, εὐεπιγνωστότερον ἐμβολῇ τε ἄρθρων καὶ τῇ τῶν ὀστέων τῶν συντριβομένων διαπρίσει τε, καὶ ἐκτρυπήσει, καὶ συνθέσει, καὶ ἐξαιρέσει, καὶ τῇ λοιπῇ θεραπείῃ χρῆσθαι· εἰδότι ὁκοῖόν τε χωρίον ἐστὶ, καὶ τὸ ἐκ τούτου ἐξορούμενον ὀστέον· ἡ δὲ τῆς ἀριθμήσιος τάξις, πρός τε τὰς περιόδους, καὶ ἀλόγους τῶν πυρετῶν μεταστάσιας, καὶ τὰς κρίσιας τῶν νοσεόντων, καὶ τῆς ἐν νούσοις F ἀσφαλείης ἀρκέουσα ἔσται. μάλα γὰρ σεμνὸν ὑπηρεσίαν ἔχειν ἐν ἰητρικῇ τοιήνδε, ἥτις σοι τὰ μέρεα τῆς ἐπιτάσιος, καὶ τῆς ἀνέσιος, ὅταν ἄνισα ἐόντα τὴν μοῖραν, εὔγνωστα παρέχεται, χωρὶς ἀμπλακίης· διὸ δὴ κάρτα ἐς δύναμιν ἀφικνέο τῆς τοιῆσδε ἐμπειρίης. ἔρρωσο.

D *Hippocrates ad Theſſalum filium. 25.*

Geometricam & Arithmeticam ſcientias medico eſſe neceſſarias.

Cognitionis autem geometricæ, & arithmeticæ cura tibi ſit, mi fili. Neque enim ſolùm vitam tuam glorioſam, & ad multa vtilem erga humanam ſortem efficiet, verumetiam mentem acutiorem, & clariorem, vt in arte Medica iuuetur ad id omne cuiuſcunque indiget. Et quidem geometriæ cognitio, cùm figuris & E formis multiplex ſit, & omnia cum demonſtratione tranſigat, vtilis erit & ad oſſium poſitus, & articulos emotos, & ad reliquum membrorum ordinem. Nam ad horum affectuum varietatem, facilius ad cognitionem eſt articulorum repoſitione, & oſſium contritorum reſectione, & perforatione, & compoſitione, & exemptione, reliquáque curatione vti, cùm ſcieris & qualis ſit locus, & os quod ex eo exceſſit. At ordo numerationis, & ad circuitus, & ad febrium tranſmutationes quæ præter rationem fiunt, & ad iudicationes ægrotantium, & ſecuritatis morborum ſatis futura eſt. F Nam ſanè quàm ſplendidum eſt, miniſterium habere in re Medica eiuſmodi, quod intenſionis ac remiſſionis partes, cùm ex parte inæquales ſunt cognitu, faciles tibi abſque errore exhibet. Quapropter ad eiuſmodi experientiæ facultatem valdè contendito. Vale.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 76 sur 151

Democritus Hippocrati, de natura humana. 26.

Medicinæ cognitionem omnibus hominibus neceſſariã, ſapientiæ ſororem ac conſortem eſſe, conciſam partium corporis deſcriptionem oculis ſubiicere.

OMNES homines artem Medicam ſcire oportet, ô Hippocrates, nam præclarum ſimul eſt, & ad vitam vtile; ex his autem maximè, eruditionis & eloquẽtiæ peritos. Sapientiȩ quippè cognitionem, Medicinȩ ſororẽ ac conſortem eſſe duco. Sapientia ſiquidem, animi perturbationes exhaurit. At Medicina corporũ morbos tollit. Mens autem augeſcit, cùm adeſt ſanitas, cui proſpicere, eos qui rectè ſentiunt honeſtũ eſt. Vbi verò corporis habitus dolet, neque mens ad virtutis meditationem alacris eſt. Præſens enim morbus animum vehementer obſcurat, & intelligentiam in eandem ſecum affectionẽ ducit. Humanæ verò naturæ deſcriptio ſpeculationẽ habet huiuſmodi. Cerebrum quidem ſummam corporis partẽ cuſtodit; ei ſecuritas concredita eſt; in membranis neruoſis habitat; ſupra quod, duplicium oſſium naturȩ ad neceſſitatem adaptatȩ, dominum mentis cuſtodem cerebrũ tegunt. Pilorum decor, cutẽ exornare. At oculorum cernendi vis, in multiplici tunica deliteſcens, ab humoris inſtillationibus, ſub frõtis moderatione collocata eſt, cernẽdi autẽ cauſa eſt. Pupilla verò ſummum tenens, palpebræ oram opportunitatis cuſtodẽ ſuſtinet. Nares autem duplices, odoratus cognitrices, oculorũ viciniam dirimunt. Labrorum autem mollis tactus os circumplexus, verborum ſenſum & exactã articulationẽ dum regitur, efficit. Mentum autem in extremitatem deſinens, & in chelys modum, dentium clauis coaptatũ eſt. At ſermonum conceptacula aures, opifex aperuit, quibus cùm ineſt ira, nõ tuta inconſiderantiæ miniſtra euadit. Loquelæ mater lingua, animi nuncia, guſtus oſtium ſeruans, firmis dentium ſeptis munita eſt. Guttur autem & gula inter ſeſe aptata, vicina ſunt. Illud enim in ſpiritus viam, hæc verò in ventriculi profundum alimentum præmittit, vehementer impulſæ. At coniforme cor, ceu rex, iræ nutricius, aduerſus omnes inſultus thoracem induit. Crebræ autẽ ſpiritus cauernæ, aëri peruiæ, ſpiritum vocis cauſam pariunt. At quod ſanguinem ſuppeditat, & in alimentum tranſmutat, cum lobis plerunque vena caua circunfluum hepar cupiditatis cauſa eſt. Bilis autem pallida ad hepar manens, corporis humani labes fit, cùm redundauit. Noxius autem & inutilis humani corporis incola ſplen ex aduerſo dormit, rem nullam poſcens. Horum autẽ medius ſuppeditator eſt omnia ſuſcipiens ventriculus, & recumbit concoctionem gubernans. Inteſtina verò ventris compoſitione contenta, quȩ ex ſua conditione vnà agitantur, circa ventrem conuoluuntur, ſumptionis & excretionis cauſæ. At gemini renes in coxis firmati, & adipe veſtiti, vrinarũ excretionis non alieni nati ſunt. Totius autẽ ventris dominus is qui omentum vocatur, totum ventrem, ſolo liene excepto, amplectitur. Veſica deinceps neruoſa, ore in coxam ſtabilito, complicatis vaſis, vrinarum excretionis cauſa exiſtit. Huic vicina infantium mater, grauis ille dolor, ſexcentarum in muliere ærumnarum cauſa vterus deliteſcit. Pylorus

Δημόκριτος Ἱπποκράτει, περὶ φύσιος ἀνθρώπου. κϛʹ.

Τὴν τῆς ἰατρικῆς ἱστορίαν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκαίαν, τῆς σοφίης ἀδελφὴν καὶ ξυνοικον ὑπάρχειν, καὶ σύντομον τὴν τοῦ σώματος μορίων ὑπογραφὴν ἐκθέσθαι.

ΧΡΗ πάντας ἀνθρώπους ἰητρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι, ὦ Ἱππόκρατες· καλὸν γὰρ ἅμα, καὶ ξυμφέρον ἐς τὸν βίον· τουτέων δὲ μάλιστα, τοὺς παιδείας καὶ λόγων ἴδριας γεγενημένους· ἱστορίην σοφίης γὰρ, δοκέω ἰητρικῆς ἀδελφὴν καὶ ξυνοικον· σοφίη μὲν γὰρ, ψυχὴν ἀναρύεται παθῶν, ἰητρικὴ δὲ, νόσους σωμάτων ἀφαιρέεται· αὔξεται δὲ νόος, παρεούσης ὑγείης· ἣν καλὸν προνοέειν τοὺς ἐσθλὰ φρονέοντας· ἕξιος δὲ σωματικῆς ἀλγεούσης, οὐδὲ προθυμίην ἔχει νόος, ἐς μελέτην ἀρετῆς· νοῦσος γὰρ παρεοῦσα, δεινῶς ψυχὴν ἀμαυροῖ, φρόνησιν ἐς συμπάθειαν ἄγουσα· φύσιος δὲ ἀνθρωπίνης ὑπογραφὴ, θεωρίην ἔχει τοιήνδε· ὁ μὲν ἐγκέφαλος, φρουρέει τὴν ἄκρην τοῦ σώματος· ἀσφάλειαν ἐμπεπιστευμένος, ὑμέσι νευρώδεσι συνοικείων· ὑπὲρ ὃν, ὀστέων διπλῶν φύσιες ἀναγκαῖαι, ἀρηρυῖαι, δεσπότην φύλακα διανοίης, καλύπτουσιν ἐγκέφαλον. τριχῶν εὐκοσμία, χρῶτα κοσμέουσα· τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὁρητικὸν, ἐν πολυχίτωνι φωλεῦον, ὑγρῶν ἐνσταξίαις ὑπὸ μετώπων κοιλάσιν συνίδρυται· θεωρίης δὲ αἴτιον· ἀκριβὴς δὲ κόρη, φύλακα ταρσὸν εὐκαιρίης ὑπομένει· διπλοῖ δὲ ῥώθωνες, ὀσφρήσιος ἐπιγνώμονες, διορίζουσιν ὀφθαλμῶν γειτνίην· μαλακὴ δὲ χειλέων ἁφὴ στόματι περιστελλομένη, ῥημάτων αἴσθησιν, ἀκριβῆ τε διάρθρωσιν παρέσχηκε κυβερνωμένη· γένειον δὲ, ἀκροτελὲς, καὶ χελυῶδον, γόμφοις συνηρμοσμένον· ἐνδοχεῖα δὲ μύθων ὦτα, δημιουργὸς ἀνέῳξεν· οἷς ἐπεὼν ὁ θυμὸς, οὐκ ἀσφαλὴς διήκονος ἀλογιστίης γίνεται· λαλιῆς μήτηρ γλῶσσα, ψυχῆς ἄγγελος, πυλωροῦσα τὴν γεῦσιν, ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι πεφρούρηται· βρόγχος δὲ, καὶ φάρυγξ, ἡρμοσμένοι ἀλλήλοις, γειτνιῶσιν· ὁ μὲν γὰρ ἐς κέλευθον πνεύματος· ὁ δὲ, εἰς βυθὸν κοιλίης, τροφὴν προπέμπει, λάβρον ὠθεύμενος· κωνοειδὴς δὲ καρδίη βασιλὶς, ὀργῆς τιθηνὸς, πρὸς πᾶσαν ἐπιβουλὴν ἐνδέδυκε θώρακα· θαμινὰ δὲ πνευμάτων σήραγγες ἠέρι διοδευόμεναι, φωνῆς αἴτιον πνεῦμα τίκτουσι. τὸ δὲ χορηγὸν αἵματος, καὶ μεταβάλλον εἰς τροφὴν, σὺν λοβοῖς πολλάκις κοίλη περίπλοος ἔστι ἧπαρ ἐπιθυμίης αἴτιον. χλωρὴ δὲ χολὴ πρὸς ἥπατι μένουσα. καὶ διαφθορὴ σώματος ἀνθρωπηΐου ὑπερβλύσασα γίνεται. βλαβερὸς δὲ σώματος ἀνθρωπίνου, καὶ ἀνωφελὴς ἔνοικος, σπλὴν ἀπέναντι εὕδει, πρῆγμα μηδὲν αἰτεύμενος· μέση δὲ τουτέων, χορηγεῖ πανδέκτειρα κοιλίη, καὶ κατευνάζεται διοικέουσα τὴν πέψιν· ἔνοχα δὲ κοιλίης συνθέσεως, δημιουργίῃ συνδονεύμενα, εἵλεται περὶ κοιλίην ἔντερα, λήψιος καὶ ἀποκρίσιος αἴτια· δίδυμοι δὲ νεφροὶ, ἰσχίοισιν ἐνιδρυσμένοι, καὶ ἠμφιεσμένοι δημῷ, οὔρων ἐκκρίσιος οὐκ ἀλλότριοι πεφύκασι, κύριος δὲ ἁπάσης κοιλίης, ὁ καλεύμενος ἐπίπλοος, γαστέρα πᾶσαν ἐμπεριείληφε, μόνου σπληνὸς ἄτερ· ἑξῆς νευρώδης κύστις, ἰσχίῳ στόμα ἐνιδρυσμένη, συμπεπλεγμένων ἀγγείων, οὔρων ἐκκρίσιος αἰτίη γίνεται. ἡ δὲ γειτνιῶσα ταύτῃ μήτηρ βρεφέων, ἡ δεινὸν ἄλγος, τῶν ἐν γυναικὶ μόχθων μυρίων παραιτίη, μήτρη πεφώλευκεν. ὁ πυλωρὸς

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 77 sur 151

A μυχοῖς ἰσχίων βεβρῶσα σὰρξ, σφίγγεται νεύροισιν· ἐκ δὲ πλήθεος ἐκχέουσα γαστρὸς φύσιος, ἐκ τόκου προνοίης. ἐκ δὲ σώματος κρεμαστοὶ ἐκτὸς, οἰκίην νέμονται ἔγγονοι κλεῖσται ὄρχεις, πολυχίτωνες ἐόντες· εὔνοον ἥβη ἀπὸ φλεβέων τε καὶ νεύρων πλέγμα, οὔρων ἔκχυσιν ποιεύμενον, συνουσίας ὑπουργὸν, φύσιος ὕπο δεδημιούργηται· ὄρεξιν ἥβης πυκαζόμενον· σκέλη δὲ καὶ βραχίονες, καὶ τὰ προσηρτημένα τουτέοις ἄκρα, διηκονίης πάσης ἀρχὴν συνηθροισμένα ἔχοντα, νεύρων τε ἀσφαλῆ λειτουργίην τελέουσιν. ἡ δὲ ἀσώματος ἐν μυχοῖς φύσις, ἐξέτευξε παντάμορφα σπλάγχνων γένη· ἃ δὴ θάνατος ἐπιστάθεις, ὠκέως ἔπαυσε B λειτουργίης.

Ἱπποκράτους ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον βασιλέα. Ἱπποκράτης Κῷος βασιλεῖ Δημητρίῳ χαίρειν. κζ΄.

Ἐκ τῆς τῶν οὐ φύσει συμμέτρου χρείας ἡ τοῦ βασιλέως ὑγίεια διαφυλάττεταί τε καὶ ἀπαλλάσσονται αἱ νόσοι.

ΗΜΕΙΣ καὶ πρότερον σπουδάζοντες, ὦ βασιλεῦ, C περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐν κεφαλαίῳ θεωρῆσαι τὰ μέρη, ταῦτα συγγράψαντες, καθάπερ ἠξίωσας, ἀπεστείλαμεν· νῦν δὲ περὶ ὧν δεῖ μάλιστα σπουδάζειν τοὺς ἔμφρονας, ἡμεῖς τὰ μὲν καὶ παρὰ τῶν προτέρων παρειληφότες, τὰ δὲ καὶ νῦν αὐτοὶ προσεξευρίσκοντες, γεγράφαμέν σοι· οἷς σὺ τῶν προτέρων ἀρρωστημάτων σημείοις γινομένοις ἐπακολουθῶν, καὶ χρώμενος πλειστάκις, ἄνουσος ἂν εἴης τὸν ἅπαντα χρόνον. ἔστι δὲ δύο γένη ἀρρωστιῶν ἁπάντων ζώων· ἡ μὲν, κατὰ γένος· ἡ δὲ, κατὰ πάθος, ἀνόμοια· τὰς δ᾽ ἐπιθυμίας τὰς κατὰ τὴν τροφὴν, ἐκ τῶν ὑπεναν- D τίων ὄψει· σημαινομένων τῶν κενουμένων τὰ πλήρη, τῶν πληρουμένων δὲ, τὰ κενά· τὰς δὲ νούσους ἁπάσας, ἐξ ὑπεναντίων ὄψει καθεστηκυίας. καὶ νούσους ὑπὸ νούσων γινομένας· ὑπὸ σπασμῶν πυρετὸς ἐπιγινόμενος, ἵστησι τὸ νόσημα. κεφαλῆς δὲ πολλὰς περιωδυνίας, αἷμα κατὰ τὰ ὦτα ῥαγὲν, ἢ κατὰ τὰς ῥῖνας· σπασμοὶ πᾶσι τοῖς μελαγχολικοῖς ἐπιγινόμενοι, παύουσι τὰς μελαγχολίας, καὶ καθόλου μέν ἐστι, καὶ ῥίζα τῶν ἀνθρωπίνων νοσημάτων ἡ κεφαλὴ, καὶ τὰ ἀρρωστήματα τὰ μέγιστα, ἐκ ταύτης παραγίνεται· ἐπικειμένην γὰρ αὐτὴν τῷ σώματι, ὥσπερ σικύαν, τῶν εἰσφερομένων E ἁπάντων συμβαίνει αὐτὴν ἕλκειν περιττώματα, καὶ τοὺς λεπτομερεῖς χυμούς. δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν, καὶ ἰδίως ζῆν, αὐτὸν παρασκευάσαντα εἰς ταῦτα τὰ μέρη, ὅπως μηδεμίαν αὔξησιν λαμβάνοντα τὰ προσαπίπτοντα τῶν ἀρρωστημάτων, διά τε τῆς ἐπιμελείας, καὶ τῆς εὐταξίης τῆς παρὰ σοὶ γινομένης, καὶ μήτε ταῖς τῶν ἀφροδισίων ἀκρασίαις, μήτε ταῖς τῶν διαφόρων ἐδεσμάτων, μήτε τοῖς ὕπνοις τοῖς ὑπερκολαστικοῖς, ἀγυμνάστου ὄντος τοῦ σώματος χρώμενος, ἀλλ᾽ ἐπακολουθοῦντα τοῖς σημείοις τοῖς γινομένοις ἐν τῷ σώματι, διατηρεῖν τὸν καιρὸν ἑκάστου σώματος· ὅκως ἂν φυ- F λαξάμενος τὸ ἀρρώστημα τὸ μέλλον ἐπιφέρεσθαι, ταῖς θεραπείαις, αἷς ἂν ἐγὼ γράφω, χρώμενος, διατελῇς ἄνουσος ἐών.

coxarum receſſibus emerſa caro, neruis conſtringitur, ex plenitudine autem naturæ ventris effundens, ex partus prouidentia. Porrò extra corpus penſiles, domicilium incolunt, in genitura conditores teſticuli, tunicis multiplices. Pubes autem ex venis & neruis amicum textum, vrinarum effuſionem facit, coitus miniſter à natura conditus eſt, ad pubertatis appetitum denſatur. Crura autem & brachia, hiſque annexa extrema, totum miniſterij principium coaceruatum habẽt, & neruorum tutum officium perficiunt. At incorporea in imis receſſibus natura, omnis formæ viſcerum genera fabricauit, quæ ſanè mors cùm inſtitit, celeriter ab officio ceſſare coëgit.

Hippocratis ſalubre conſilium ad Regẽ Demetrium. Hippocrates Cous Regi Demetrio, S. 27.

Ex moderato rerum non naturalium vſu, Regis ſanitas conſeruatur & morbi vitantur.

NOs etiam antea, ô Rex, ſtudentes humanæ naturæ partes in ſumma contemplari, eas ad te conſcriptas, vt cenſuiſti, miſimus. Nunc verò ea quibus maximè ſtudere prudentes decet, nos quum partim quidem etiam à maioribus acceperimus, partim verò etiam nunc adinueniamus, ſcripſimus tibi. Quæ tu, priorum morborum ſignis, quæ euenerunt, aſſequens, iiſque perſæpè vtens, expers morbi per omne tempus fueris. Duo autem ſunt morborum genera, omnium animantium: ille quidem ſecundum genus, hic verò ſecundum affectionem, diſſimiles. At alimenti cupiditates, ex repugnantibus deprehendes, dum quæ vacuantur, eorum quæ plena ſunt, & quæ implent, vacuorum indicationem faciunt. Morbos autem omnes ex ſubcontrariis conflatos deprehendes, & morbos ex morbis oriri. A conuulſionibus ſuccedens febris, morbum compeſcit. Capitis autem magnos dolores, ſanguis per aures, aut nares proruptus. Conuulſiones melancholicis omnibus ſuperuenientes, melancholias ſedant. Et in ſumma quidem, humanorum morborum radix caput eſt, ex eóque maximæ ægrotationes adueniunt. Ipſum enim toti corpori incumbens, eorum omnium quæ ingeruntur, ſuperflua & tenues humores, non ſecus ac cucurbitulam in ſe attrahere contingit. Intendere autem animum oportet, vt ipſe in has partes præparatus peculiariter viuas, vt nullum incrementum capientibus morbis qui accidunt, & propter diligentiam, & eum, qui apud te ſit, rectum ordinem; neque rerum venerearum immoderrtione, neque diuerſorum eduliorum, neque ſomnis ſupra modum noxiis, inexercitato corpore vtaris, ſed ſigna quæ in corpore fiunt ſequens, cuiuſque corporis tempus obſerues, vt eo, qui ingruit, morbo euitato, iis medelis quas ego ſcribam, expers morbi perſeueres.

ERO-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 78 sur 151

EROTIANI COLLECTIO dictionum Hippocratis.

Hippocratem laudibus euehit qui eius opera manibus vtilia eſſe docet, quorum dictiones obſcuriores explanat, & libros in certas claſſes diſtribuit.

PROOEMIVM.

QVæ autem ego poſt opus de demonſtratione ſcripſi, fuſiùs elaborata, iis quæ conciſè in illis dicta fuerant, hæc ſunt. De neceſſariis ad demonſtrationes, I. De propoſitionibus prætermiſſis in Tractatione demonſtrationum, I. De æquipollentibus propoſitionibus, I. De demonſtrationibus propter quid, I. de Syllogiſmorum numero, I. De Exemplo, II. De Inductione, I. De Imagine, I. De veriſimili, I. De ſimilitudine, III. De Principiis ex ſuppoſitione, I. De iis quæ ſecundum genus, & ſpeciem, & coniugatis ipſis, ſignificatis nobis, ſpontanea *ſ. ex temporali* voce, I. De poſſibili, I. De iis quæ multifariam dicuntur, III. De communibus & propriis in artibus, I. De ſermonibus qui ſeipſos euertunt, I. De propoſitionibus contingentibus, I. De mixtis propoſitionibus & ſyllogiſmis, I. Quomodo diſcernenda ſit negotiolis quæſtio rei, ab ea quæ nominis & ſignificati, I. De Clitomacho, & demonſtrationis eius ſolutionibus I. De communi ratione, II. De optima doctrina aduerſus Phauorinum pro Epicteto, I. De vſu ſyllogiſmorum. De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos, I. & II. De optima ſecta, I. De nominum rectitudine, III. De eo, quodque eorum, quæ ſunt, & vnum eſſe, & plura. De eo, quòd oppoſitis, vnum & idem ex neceſſitate conſequens eſſe impoſſibile ſit, I. De demonſtratiua ſecta, I. De rationali altera, & ſpeculatione, I. Dialogi ad Philoſophum, & ſeorſim de eo quod ſecundum communes notiones. Aduerſus eos qui contumelioſè accipiunt nomina, I. De propriis & communibus in artibus. De artium conſtitutione III. De ſignificatis ex voce, ſpeciei & generis, & ipſis adiacentibus. Synopſis demonſtratiuæ contemplationis, I. De iudicio diſcrepantium in decretis. Quòd à primâ ſubſtantiâ, inſeparabilis ſit quantitas, I. De priori I. De demonſtratione per impoſſibile, I. De iis quæ ſui cauſa fiunt, I. De iis quæ multipliciter dicuntur, II. De quæſtione ſecundum nomen & ſignificatum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν πλατύτερον ἐξειργασμένων εἰς τὰς ἀποδείξεις χρησίμων.

Ἃ δ' ἐγὼ μετὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείαν ἔγραψα, πλατύτερον ἐξειργασμένα τῶν ἐν ἐκείνοις συντόμως εἰρημένων, ταῦτ' ἐστί. περὶ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὰς ἀποδείξεις, ἕν. περὶ τῶν παραλειπομένων προτάσεων ἐν τῇ λέξει τῶν ἀποδείξεων, ἕν. περὶ τῶν ἰσοδυναμουσῶν προτάσεων, ἕν. περὶ τῶν κατὰ
B τὸ διότι ἀποδείξεων, ἕν. περὶ τοῦ τῶν συλλογισμῶν ἀριθμοῦ, ἕν. περὶ παραδείγματος, δύο. περὶ ἐπαγωγῆς, ἕν. περὶ εἰκόνος, ἕν. περὶ εἰκότος, ἕν. περὶ ὁμοιότητος γ'. περὶ τῶν ἐξ ὑποθέσεως ἀρχῶν, ἕν. περὶ τῶν κατὰ τὸ γένος, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τῶν συζυγούντων αὐτοῖς σημαινομένων ἡμῖν, κατὰ τὴν αὐτόματον φωνὴν, ἕν. περὶ τοῦ δυνατοῦ, ἕν. περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων γ'. περὶ τῶν ἐν ταῖς τέχναις κοινῶν, καὶ ἰδίων, ἕν. περὶ τῶν ἑαυτοὺς περιτρεπόντων λόγων, ἕν. περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων, ἕν. περὶ τῶν μικτῶν προτάσεων καὶ συλλογισμῶν, ἕν. ὅπως χρὴ διακρίνειν τὴν πραγματικὴν ζήτησιν, τῆς κατ' ὄνομα καὶ τὸ σημαινόμενον, ἕν. περὶ Κλειτομάχου, καὶ τῶν τῆς ἀποδείξεως αὐτοῦ λύσεων, ἕν. περὶ τοῦ κοινοῦ λόγου, β'. περὶ τῆς ἀρίστης διδασκα-
C λίας, ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον, ἕν. περὶ χρείας συλλογισμῶν. περὶ χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, α'. καὶ β'. περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως, ἕν. περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος γ'. περὶ τοῦ, τῶν ὄντων ἕκαστον, ἕν τε εἶναι καὶ πολλά. περὶ τοῦ, ὅτι τοῖς ἀντικειμένοις ἓν καὶ ταὐτὸν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖν ἀδύνατόν ἐστιν, ἕν. περὶ τῆς ἀποδεικτικῆς αἱρέσεως, ἕν. περὶ τῆς λογικῆς δευτέρας, καὶ θεωρίας, ἕν. διάλογοι πρὸς φιλόσοφον, ἰδίως δὲ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. πρὸς τοὺς ἐπηρεαστικῶς ἀκούοντας τῶν ὀνομάτων, ἕν. περὶ τῶν ἰδίων καὶ κοινῶν ἐν ταῖς τέχναις. Περὶ τῆς τῶν τεχνῶν συστάσεως γ'. περὶ
D τῶν σημαινομένων ἐκ τῆς καθ' εἶδος καὶ γένος φωνῆς, καὶ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς. σύνοψις τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας, ἕν. περὶ τῆς κρίσεως τῶν διαφωνούντων ἐν τοῖς δόγμασιν. ὅτι τῆς πρώτης οὐσίας ἀχώριστος ἡ ποσότης, ἕν. περὶ τοῦ προτέρου, α'. περὶ τῆς δι' ἀδυνάτου ἀποδείξεως, ἕν. περὶ τῶν ἕνεκ' αὐτοῦ γινομένων, ἕν. περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, β'. περὶ τῆς κατ' ὄνομα καὶ σημαινόμενον ζητήσεως.

CAPVT XIII.

Libri ad moralem Philoſophiam ſpectantes.

DE moralis autem philoſophiæ quæſitis, quæcunque mihi videntur per infra ſcriptos libros, declaraui. De propriorum cuique affectuum & peccatorum dignotione, II. De moribus, IV. Aduerſus Fauorinum pro Socrate. De indolentia, I. De fine ſecundum philoſophiam, I. De eorum congreſſu qui demonſtrant ad auditores, I. De iis qui clàm legunt, I. De peccatorum & pœnæ æqualitate, I. De conſolatione, I. De commoratione Menarchi in aula, ad Bacchidem & Cyrum, I. De congreſſu in Dialogis, I. Ad forenſes oratores, I. De voluptate & labore, I. De conſentaneis cuique vitæ generibus, I. De publicè dictis aduerſus ſectarios, I. De concordia, I. De pudore, II. De publicè dictis contra adulatores, II. De calumnia, in quo & de vita ſua. Saturnales VII. in vno. Aduerſus ſectarios. De publicè dictis coram Pertinace, I. Quatenus paruiducere oporteat honorem & gloriam apud vulgus. De teſtamentorum factione.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Τὰ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας βιβλία.

E Περὶ δὲ τῶν τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας ἐζητημένων, ὅσα μοι δοκεῖ, διὰ τῶν ὑπογεγραμμένων βιβλίων, ἐπεφηνάμην. Περὶ τῶν ἰδίων ἑκάστῳ παθῶν, καὶ ἁμαρτημάτων τῆς διαγνώσεως β'. περὶ ἠθῶν δ'. πρὸς τὸν Φαβωρῖνον κατὰ Σωκράτους. περὶ ἀλυπίας, ἕν. περὶ τοῦ κατὰ φιλοσοφίαν τέλους, ἕν. περὶ τῆς τῶν ἐπιδεικνυμένων τοὺς ἀκούοντας συνουσίας, ἕν. περὶ τῶν ἀναγινωσκόντων λάθρα, ἕν. περὶ ἁμαρτημάτων καὶ κολάσεως ἰσότητος, ἕν. περὶ παραμυθίας, ἕν. περὶ τῆς ἐν αὐλῇ Μενάρχου διατριβῆς, πρὸς Βακχίδην καὶ Κῦρον, ἕν. περὶ τῆς ἐν τοῖς διαλόγοις συνουσίας, ἕν. πρὸς τοὺς ἀγο-
F ραίους ῥήτορας, ἕν. περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου, ἕν. περὶ τῶν ἀκολούθων ἑκάστου τῶν βίων, ἕν. περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, ἕν. περὶ ὁμονοίας, ἕν. περὶ αἰδοῦς, β'. περὶ τῶν δημοσίᾳ ῥηθέντων κατὰ κολάκων β'. περὶ τῆς διαβολῆς, ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου. κρονίσκοι ζ. ἐν ἑνί. πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων. περὶ τῶν ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων, ἕν. μέχρι πόσου, τῆς παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμῆς, καὶ δόξης φροντιστέον ἐστίν. περὶ διαθηκῶν ποιήσεως.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 95 sur 151

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Τὰ πρὸς τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν ἀνήκοντα.

ΠΕρὶ τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἕν. περὶ τῶν ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ ἰατρικῶς εἰρημένων, ὑπομνήματα δʹ. πρὸς τοὺς ἑταίρους, ἢ Πλάτων. περὶ τῶν ἰδίων δόξαντα, γʹ. περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα λογικῆς θεωρίας. Πλατωνικῶν διαλόγων συνόψεως ηʹ. περὶ τῶν ἐν Φιλήβῳ μεταβάσεων, ἕν. περὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν καὶ δυνάμεων, γʹ. ὅτι ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν αἱ τῆς ψυχῆς ἕπονται δυνάμεις βʹ. καὶ ἄλλο, καθ' ἑτέραν ἔκδοσιν. περὶ τῶν Ἱπποκράτους, καὶ Πλάτωνος δογμάτων θʹ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕʹ.

Περὶ τῶν πρὸς τὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν ἡκόντων.

ΕΙς δὲ περὶ ἑρμηνείας ὑπομνήματα γʹ. προτέρων ἀναλυτικῶν τοῦ προτέρου περὶ ϛʹ. τοῦ δευτέρου ὑπομνήματα εʹ. εἰς τὰς ιʹ. κατηγορίας ὑπομνήματα δʹ. εἰς δὲ, περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως Θεοφράστου, ὑπομνήματα ϛʹ. εἰς δὲ περὶ τοῦ ποσαχῶς τὰ ὑπομνήματα γʹ. εἰς δὲ πρὸς τὸν κινοῦν ἀκίνητον. εἰς δὲ περὶ λέξεως Εὐδήμου, ὑπομνήματα γʹ. περὶ τῶν κατὰ τὸ διότι ἀποδείξεων, ἕν. περὶ τῶν ἐνδεχομένων προτάσεων καὶ συλλογισμῶν, ἕν. περὶ τῶν ἐκ μικτῶν προτάσεων συλλογισμῶν, ἕν. περὶ τῶν κατὰ τὴν λέξιν σοφισμάτων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ιϛʹ.

Τὰ πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν φιλοσοφίαν διαφέροντα.

ΠΕρὶ τῆς κατὰ Χρύσιππον λογικῆς θεωρίας, γʹ. τῆς Χρυσίππου συλλογιστικῆς πρώτης, ὑπομνήματα, γʹ. δευτέρας, ἕν. περὶ τῆς λογικῆς δυνάμεως καὶ θεωρίας ζʹ. περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, ἕν. ὅτι ἡ γεωμετρικὴ ἀναλυτικὴ ἀμείνων τῆς τῶν Στωϊκῶν, ἕν. περὶ τῆς χρείας τῶν εἰς τοὺς συλλογισμοὺς θεωρημάτων, βʹ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖʹ.

Τὰ πρὸς τὴν Ἐπικούρου φιλοσοφίαν ἀνήκοντα.

ΠΕρὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον εὐδαίμονος, καὶ μακαρίου βίου, βʹ. περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον ἀμυδρᾶς ἡδονῆς, βʹ. ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς, ἐλλιπῶς Ἐπικούρῳ λέλεκται, ἕν. περὶ τῆς ἡδονικῆς αἱρέσεως. εἰ ἡ φιλολογία χρήσιμος, εἰς τὴν ἠθικὴν φιλοσοφίαν, ἕν. περὶ τῶν πρὸς τοὺς σοφιστάς, ἕν. Μητροδώρου ἐπιστολή, πρὸς Κελσὸν Ἐπικούρειον. ἐπιστολὴ Πουδεντιανοῦ Ἐπικουρείου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗʹ.

Τὰ τοῖς γραμματικοῖς καὶ ῥήτορσι κοινά.

ΤΩν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ὀνομάτων, μηʹ. τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων, γʹ. τῶν παρὰ Ἀριστοφάνει πολιτικῶν ὀνομάτων, εʹ. τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων, βʹ. τῶν ἰδίων κωμικῶν ὀνομάτων παραδείγματα, ἕν. εἰ χρήσιμον ἀνάγνωσμα τοῖς παιδευομένοις, ἡ παλαιὰ κωμῳδία. πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ, ϛʹ. ἐν ἄλλοις ζʹ. Ἀττικῶν παράσημος, ἕν. περὶ σαφηνείας, καὶ ἀσαφείας. εἰ δύναταί τις εἶναι κριτικός, καὶ γραμματικός, ἕν.

CAPVT XIV.

Libri ad Platonis Philoſophiam attinentes.

DE Platonis ſecta, I. De medicè dictis in Platonis Timæo, commentarij IV. Ad ſodales, ſeu Plato. De propriis opinionibus III. De ea quæ ſecundum Platonem eſt, Rationali contemplatione. Platonicorum dialogorum compendia VIII. De iis quæ in Philebo ſunt, tranſitionibus, I. De animæ partibus & facultatibus III. Quòd corporis temperamenta, animę facultates ſequuntur II. & alius, ex alia editione. De Hippocratis & Platonis decretis IX.

CAPVT XV.

De libris ad Ariſtotelis philoſophiam pertinentibus.

IN eum de interpretatione commentarij III. Priorum Reſolutionum in priorem vltra VI. In priorem poſterioris Commentarij VI. in poſteriorem commentarij V. In X. prædicamenta commentarij IV. In eum Theophraſti de affirmatione & negatione Commentarij ſex. In eum de eo quot modis, Commentarij III. In primum mouens immotũ. In eum de dictione Eudemi Commentarij III. De demonſtrationibus quare, I. De contingentibus propoſitionibus & ſyllogiſmis, I. De ſyllogiſmis ex mixtis propoſitionibus, I. De captionibus penes dictionem.

CAPVT XVI.

Qui ad Stoicorum philoſophiam conferunt.

DE Rationali ſecundum Chryſippum contemplatione commentarij III. Chryſippi ſyllogiſticæ primæ commentarij III. Secundæ, I. De rationali facultate & contemplatione VII. De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos, I. Quòd Geometrica reſolutio præſtantior ſit quàm Stoïcorum I. De vſu præceptorum ad ſyllogiſmos II.

CAPVT XVII.

Qui ad Epicuri philoſophiam ſpectant.

DE felici ſecundum Epicurum, & beata vita, II. De caduca voluptate ſecundum Epicurum, II. Quod efficientia voluptatem imperfectè ab Epicuro dicta ſunt, I. De voluptuaria ſecta. An Philologia vtilis ſit ad Morum Philoſophiam, I. De iis quæ aduerſus Sophiſtas, I. Metrodori Epiſtola ad Celſum Epicureum. Epiſtola Pudentiani Epicurei.

CAPVT XVIII.

Qui Grammaticis, & Rhetoribus communes.

DE vocalibus quæ apud Atticos ſcriptores, XLVIII. Ciuilium apud Eupolim vocabulorum, III. Ciuilium vocabulorum quæ apud Ariſtophanem, V. Ciuilium vocabulorum quæ apud Cratinum, II. Propriorum comicis vocabulorum exempla, I. An vtilis lectio ſit iis, qui erudiuntur, vetus comœdia. Ad eos qui reprehendunt, voce ſolœciſſantes, VI. in aliis VII. Atticorum Inſigne, I. De perſpicuitate, & obſcuritate. An poſſit aliquis eſſe Criticus & Grammaticus, I.

ΓΑΛΗΝΟΥ

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΑΞΕΩΣ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΒΙΒΛΙΩΝ, ΠΡΟΣ ΕΥΓΕΝΙΑΝΟΝ.

GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM AD EVGENIANVM.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

Ἐνταῦθά ἐστιν ἡ ἐχομένη τάξις τῶν Γαληνοῦ βιβλίων, ἵνα ῥᾳδίως ἡ αὐτοῦ διδασκαλία παραλαμβάνηται.

ARGVMENTVM LIBRI.

Hic librorum Galeni ſequendus ordo, quò eius doctrina facilè percipiatur.

HONESTE mihi videris, ô Eugeniane, A
poſtulaſſe, condi Librum aliquem, ordinem eorũ qui à me ſcripti ſunt, explicantem. Neque enim vnus eorum omnium ſcopus eſt, neq; facultas, neq; *idem* argumētum. Alij namq; amicis, vt ſcis, rogantibus ſcripti ſunt, illorum duntaxat captũ ſpectantes; quidã verò adoleſcentibus introducendis rudiùs dictati ſunt; ſcopũ in neutris habente me, ipſis hominibus tradi, aut poſt vitã meã ſeruari, quòd animaduertiſſem, & libros antea ſcriptos, à perpaucis hominibus percipi. Mirãtur ergo, alius alium, & medicorũ & Philoſophorũ, qui neq; præcepta ipſorũ ſcripta didicerint, neq, ſcientiã demõſtratiuam excoluerint, qua diſcernere poſſēt falſos ſermones à veris; B
ſed nonnulli quidē, quia patres habuerũt, aut Empiricos, aut Dogmaticos, aut Methodicos; quidam autem quia præceptores; nonnulli verò quia amicos, aut quia in ciuitate ipſorum admirationi fuit quiſpiam, ab hacce ſecta. Ita verò & cæterarum, quæ ſunt in Philoſophia, ſectarũ, alius ex alia cauſa, aut Platonicus, aut Peripateticus, aut Stoicus, aut Epicureus factus eſt. Nunc autē à quo *tempore* & ſucceſſiones ſectarum ſunt, non pauci hac occaſione, ſeipſos prædicant ab ea vnde aluntur ſecta, maximè quum careãt alio vitæ ſubſidio. Ego ſanè cùm mihi ipſe perſuaſiſſem, ne, ſi à Muſis ipſis ſcriptus ſit liber aliquis, honoratiorē eum fore iis qui ab indoctiſſimis ſcripti ſint, non appetieram vnquam, meorum commentariorum vllum inter ho- C
mines verſari, verùm diuulgatis in multos ipſis, inuito me, quemadmodum noſti, ad dandũ de cætero aliquem amicis commentarium, valdè cunctanter me habebã. At propterea coactus ſum, & librum aliquem ſcribere de optima ſecta, nõ qualem multi antea ſcripſerunt, & medicorum & philoſophorum, nominatim ſectam ſuam laudantes, ſed viam tantùm ipſam indicans qua vtens quiſpiam, optimam ſectam conſtituere queat, aut in Medicina, aut Philoſophia, aut in aliqua alia arte. Dictum verò in eo libro eſt & oſtēſum quod dicebatur paulò antè, demonſtrationis peritũ oportere

ΚΑΛΩΣ μοι δοκεῖς, ὦ Εὐγενιανέ, γραφῆναί τι βιβλίον ἠξιωκέναι, τὴν τάξιν τῶν ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένων ἐξηγούμενον· οὔτε γὰρ εἷς αὐτῶν ἁπάντων ὁ σκοπὸς, οὔτε δύναμις, οὔτ' ἐπαγγελία. τὰ μὲν γὰρ φίλων, ὡς οἶσθα, δεηθέντων ἐγράφη, τῆς ἐκείνων μόνον ἕξεως στοχαζόμενα· τινὰ δὲ μειρακίοις εἰσαγομένοις ὑπηγορεύθη, σκοπὸν ἐπ' οὐδετέρων ἔχοντός μου, διαδοθῆναι τοῖς ἀνθρώποις αὐτὰ, φυλαχθῆναί τε τῷ μετ' ἐμὲ χρόνῳ· διὰ τὸ θεάσασθαί με, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν γεγραμμένων βιβλίων, ὀλίγους πάνυ τῶν ἀνθρώπων αἰσθανομένους. θαυμάζουσι γοῦν ἄλλος ἄλλον ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, οὔτε τὰ ἑαυτῶν μεμαθηκότες, οὔτε ἐπιστήμην ἀσκήσαντες ἀποδεικτικὴν, ᾗ διακρῖναι δυνήσονται τοὺς ψευδεῖς λόγους τῶν ἀληθῶν, ἀλλ' ἔνιοι μὲν, ὅτι πατέρας ἔσχον, ἤτοι γ' ἐμπειρικοὺς, ἢ δογματικοὺς, ἢ μεθοδικοὺς, ἔνιοι δὲ, ὅτι διδασκάλους, ἄλλοι δ', ὅτι φίλους, ἢ διότι κατὰ τὴν πόλιν αὐτῶν ἐθαυμάσθη τις ἀπὸ τῆσδε τῆς αἱρέσεως· οὕτω δὲ καὶ τῶν κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἱρέσεων, ἄλλος κατ' ἄλλην αἰτίαν ἤτοι Πλατωνικὸς, ἢ Περιπατητικὸς, ἢ Στωϊκὸς, ἢ Ἐπικούρειος ἐγένετο. νυνὶ δὲ, ἀφ' οὗ καὶ διαδοχαὶ αἱρέσεών εἰσιν, οὐκ ὀλίγοι κατὰ τήνδε τὴν πρόφασιν, ἀναγορεύουσιν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς αἱρέσεως, ὅθεν διατρέφονται· μάλιστα δ' ὅταν ἀπορῶσιν ἀφορμῆς ἑτέρας βίου· ἐγὼ μὲν δή μοι πεπεικὼς ἐμαυτὸν, ὡς οὐδ' ἂν ὑπὸ τῶν Μουσῶν αὐτῶν γραφῇ τι βιβλίον, ἐντιμότερον ἔσται τοῦτο, τῶν τοῖς ἀμαθεστάτοις γεγραμμένων, οὐκ ὠρέχθην οὐδεπώποτε τῶν ἐμῶν ὑπομνημάτων οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις εἶναι· διαδοθέντων δ' εἰς πολλοὺς αὐτῶν, ἄκοντος ἐμοῦ, καθάπερ οἶσθα, πρὸς τὸ διδόναι τι τοῦ λοιποῦ τοῖς φίλοις ὑπόμνημα, λίαν ὀκνηρῶς ἔσχον. ἠναγκάσθην δὲ διὰ τοῦτο, καὶ βιβλίον τι γράψαι περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως, οὐ τοιοῦτον οἷα πολλοὶ τῶν ἔμπροσθεν ἔγραψαν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ὀνομαστὶ τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν ἐπαινοῦντες, ἀλλὰ τὴν ὁδὸν αὐτὴν μόνην ἐνδεικνύμενος, ᾗ τις ἂν χρώμενος, ἀρίστην αἵρεσιν συστήσαιτο, ἢ κατ' ἰατρικὴν, ἢ φιλοσοφίαν, ἤ τινα ἄλλην τέχνην· εἴρηται δ' ἐν αὐτῷ καὶ δέδεικται τὸ λεγόμενον ὀλίγον ἔμπροσθεν, ὡς ἀποδείξεως ἐπιστήμονα χρὴ γε-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 97 sur 151

γεγονέναι πρότερον, ὅς τις ἂν μέλλῃ κριτὴς ὀρθὸς ἔσεσθαι τῶν αἱρέσεων. οὐκ ἀρκεῖ δ' οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πάθους ἀπηλλάχθαι, καθ' ὃ φιλοῦντες, ἢ μισοῦντες τὰς αἱρέσεις· οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ τυφλώττουσιν ἀμφ' αὐτάς. εἰ γὰρ, μὴ τοῦτ' ἔχων ἐθελήσειεν, ἤτοι κατὰ μέθοδον ἐπιστημονικὴν, αὐτὸ ζητῆσαι τὸ ἀληθὲς, ἢ τὰ τοῖς ἄλλοις εἰρημένα κρῖναι, μόνος ἂν οὗτος ἐξεύροι τὴν ἀρίστην αἵρεσιν. ἐπίστασαι δὲ καὶ σὺ, πολλοὺς τῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ὅταν ἐξελέγχωνται, ὡς μηδὲν ἀποδεικτικὴν μέθοδον ἠσκηκότας, ἐπ' ἐναντίας ὁδοὺς ἐκτρεπομένους· καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν μηδ' εἶναι φάσκοντας ἀπόδειξιν· ἐνίους δ' οὐ μόνον ὑπάρχειν ἀπόδειξιν, ἀλλὰ καὶ γινώσκεσθαι φύσει πᾶσιν, ὡς μηδὲν εἰς τοῦτο, μήτε μαθήσεως δεῖσθαί τινα, μήτ' ἀσκήσεως· οἷς πῶς ἂν ἔτι διαλέγοιτό τις, εἰς τοσοῦτον ἐμπληξίας ἥκουσιν, ἀλλά τις ἴσως αὐτῶν ἐρεῖ, καὶ γὰρ τολμηρότατοί πώς εἰσι περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν ἀποφαίνεσθαι, τὴν τόλμαν ἐν ἐμοὶ μᾶλλον εἶναι, ἵνα οὖν μήτ' αὐτὸς ἀκούω ταῦτα, μήτε πρὸς ἑτέρους ἀναγκάζωμαι λέγειν, ἐγνώκειν μηδὲν ἐκδιδόναι βιβλίον. ἀλλὰ τῶν γε τοῖς φίλοις δοθέντων, ἐκπεσόντων εἰς πολλοὺς, ἐγράφη μὲν ἐξ ἀνάγκης δι' ἐκεῖνα, καὶ τὸ περὶ τῆς ἀρίστης αἱρέσεως· εἴρηται δ' ἐν αὐτῷ, καὶ ἡ τῆς γραφῆς αἰτία. ταῦτά τε οὖν, εἴ τις ἀναγινώσκειν ἐθέλοι πρῶτα πάντων, ὀρθῶς ποιήσει, καὶ εἰ πεισθεὶς αὐτοῖς, ἀποδεικτικὸς γενέσθαι βουληθείη, πρὶν ἐπὶ τὴν μάθησίν τε καὶ κρίσιν ἥκειν ἁπασῶν τῶν αἱρέσεων, ἔχει πραγματείαν τὴν ὑφ' ἡμῶν γεγραμμένην, τὴν περὶ ἀποδείξεως· ἧς ἐὰν μὴ μόνας μάθῃ τὰς μεθόδους, ἀλλὰ κἂν γυμνάσηται κατ' αὐτὰς, ἐπὶ πάσης ὕλης πραγμάτων, ἐξευρήσει τὴν ἀλήθειαν· ἐάν γ' ἐραστὴς ὑπάρχῃ, καὶ μὴ κατὰ πάθος ἄλογον αἱρήσηταί τι, καθάπερ οἱ περὶ τὰς διαφορὰς τῶν χρωμάτων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις ἐσπουδακότες· ὁ δ' αὐτὸς οὗτος, ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν εἰρημένοις παραγενόμενος, ἐξευρήσει τ' ἀληθῶς αὐτοῖς ἐγνωσμένα, καὶ ψευδῶς ὑπειλημμένα. μία μὲν οὖν ἥδε τῶν ἡμετέρων ὑπομνημάτων ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἀναγνώσεως, ἐκείνοις τῶν ἀνδρῶν, ὅσοι καὶ φύσει συνετοὶ, καὶ ἀληθείας ἑταῖροι· χωρὶς δὲ ταύτης, ἐάν τις ἡμῶν, αὐτὸν ᾖ πεπειραμένος ἐπί τε τοῦ βίου παντὸς, καὶ κατὰ τῆς τέχνης ἔργα, τάχα ἐπ' αὐτῶν τῶν νοσούντων, ὥς τε πεπεῖσθαι περὶ μὲν τοῦ τρόπου τῆς ψυχῆς, ὅτι χωρὶς ἔχθρας, ἢ φιλονεικίας, ἢ φιλίας ἀλόγου πρὸς αἵρεσίν τινα πάντα πραττόμεθα· ἢ περὶ τῶν ἔργων τῶν κατὰ τὴν τέχνην, ὅπως μαρτυρῇ τῇ τῶν δογμάτων ἀληθείᾳ, καὶ χωρὶς τῆς ἀποδεικτικῆς θεωρίας, οὗτος ὠφελεῖσθαι δυνήσεται πρὸς τῶν ἡμετέρων ὑπομνημάτων· οὐ κατ' ἐπιστήμην ἀκριβῆ τῶν πραγμάτων, τοῦτο γὰρ ὑπάρχει μόνοις τοῖς ἀποδεικτικοῖς, ἀλλὰ κατὰ δόξαν ὀρθὴν ὑπὲρ ἧς εἰκότως εἴρηται τοῖς παλαιοῖς· ὡς, εἰς μὲν τὰς πράξεις, οὐδὲν ἐπιστήμης ἀπολείπεται, τὸ μόνιμον δ' αὐτῇ καὶ βέβαιον οὐ πρόσεστιν. ἀναγνώσεται τοιγαροῦν οὗτος, ἁπάντων πρῶτα, τὰ τοῖς εἰσαγομένοις γεγραμμένα. τό τε περὶ τῶν αἱρέσεων, ὃ δὴ καὶ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἐπιγέγραπται περὶ αἱρέσεως τοῖς εἰσαγομένοις, καὶ τὸ περὶ σφυγμῶν ὃ δὴ καὶ αὐτὸ παραπλησίως ἐπιγέγραπται, περὶ σφυγμῶν τοῖς εἰσαγομένοις· καὶ τρίτον, ὃ περὶ τῶν ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις ἐπιγέγραπται, τῆς ἀνατομικῆς πραγματείας ὑπάρχον πρῶτον· ἣν δὴ καὶ πᾶσαν, εἴ τις βούλοιτο διελθεῖν, ἐπὶ τὴν τῶν ἀνατομικῶν ἐγχείρησιν ἱκέτω πρὸ τῶν ἄλλων, αὕτη γὰρ διδάσκει τὰ φαινόμενα μόρια κατὰ τὰς ἀνατομὰς, ὡς ἔχει μεγέθους τε καὶ θέσεως, καὶ διαπλάσεως, καὶ πλοκῆς, καὶ χροιᾶς, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας. ὁ δ' ἐν τῇ τούτων θέᾳ κατὰ τὰς ἀνατομὰς γυμνασάμενος, ἑξῆς αὐτῶν τὰς ἐνεργείας μαθήσεται· τὰς μὲν φυσικὰς, ἐν τρισὶν ὑπομνήμασι γεγραμμένας, ἃ περὶ φυσικῶν δυνάμεων ἐπιγέγραπται· τὰς ψυχικὰς δ' ὀνομαζομένας ἐν ἄλλοις πλείοσιν, ὧν προηγεῖται τό τε

A priùs eſſe factum, quiſquis rectus iudex ſectarum futurus eſſet. At id nõ ſolùm ſufficit, ſed & affectu liberum eſſe, per quem amantes, aut odio habẽtes ſectas, veluti vulgus, circa ipſas cæcutiunt. Siquis enim id non habens voluerit, aut methodo ſcientifica, ipſum quærere verum, aut ab aliis dicta iudicare, ſolus vtiq; is veram ſectam adinuenerit. Scis autẽ tu quoq; multos & medicos, & philoſophos, quum redarguuntur, vt qui ne demonſtratiuã quidem methodũ vllo pacto exercuerint, in cõtrarias vias deuerti; & nonnullos quidem ipſorum, ne demonſtrationem quidem eſſe dicere; quoſdam autem non ſolùm demonſtrationẽ eſſe, ſed & naturã
B cognoſci ab omnibus, nihil vt ad id, neq; diſciplina quiſquã indigeat, neque exercitatione; quibus quomodo ampliùs quiſpiam loqui poſſit, in tãtum ſtuporis venerint: ſed aliquis ipſorũ fortaſſe dicet, nam audaciſſimi quodammodo ſunt, vt de iis, quæ ignorant, maximè pronuncient, audaciã in me potiùs eſſe. Vt ergo, neque ipſe hæc audirẽ, neque ab aliis cogerer dicere, ſtatueram librũ nullum edere. Sed quum ij ſanè quos amicis dederã, ad multos excidiſſent, ſcriptus quidẽ eſt neceſſario propter illos, & is de optima ſecta; dicta porrò eſt in eo etiã cauſa ſcribendi. Et hos igitur ſi quis omniũ primos
C legere voluerit, rectè faciet, & ſi ab ipſis perſuaſus, demonſtrandi peritus fieri voluerit, antequam ad diſcendas & iudicãdas ſectas omnes veniat, habet tractationem à nobis ſcriptam, de Demonſtratione, cuius ſi non ſolas didicerit vias ac rationes, ſed etiam exercuerit ſe ſecũdum eas, in omni materia rerum, veritatem adinueniet, ſi modò amator fuerit, & non per brutum affectum aliquid elegerit, quemadmodum ij, qui diuerſis coloribus in circẽſibus dediti ſunt; is autẽ ipſe, in iis, quæ ante dicta ſunt, verſatus inueniet & quæ ipſi verè cognouerunt, & quæ falsò opinati ſunt. Vnum igitur id cõmentariorum noſtrorum, lectionis principium eſt
D viris illis, qui & natura cordati, & veritatis ſodales. Sine hac porrò, ſi quis noſtrum, ipſa expertus ſit inque vita omni, & in artis operibus, forſan & in ipſis ægris, adeò vt credatur de moribus quidem animi, nos ſine odio, aut peruicacia, aut amore irrationabili erga ſectam aliquam, omnia facere atteſtetur, vel de artis operibus, vt decretorum veritatem teſtificetur; is etiam ſine demõſtratiua contemplatione iuuari poterit à noſtris commẽtariis; non in exacta rerum ſcientia, ſolis enim hoc demonſtrandi peritis ineſt, ſed in recta ſententia, de qua iure ab antiquis dictum eſt; ad actiones qui-
E dem ſcientiæ nihil deeſſe, ſtabilitatem porrò ipſi, & firmitatem non adeſſe, leget igitur is omnium primos, ad tyrones ſcriptos; & eum de ſectis, qui ſanè & his verbis inſcriptus eſt, de ſectis ad tyrones; & librũ de pulſibus, qui ſanè & ipſe ſimiliter inſcriptus eſt, de pulſibus ad tyrones; & tertium, eum qui de oſſibus, ad eos qui introducuntur, inſcriptus eſt, rei anatomicæ primus; quam ſanæ etiam omnem, ſi quis perſequi velit, ad anatomicas adminiſtrationes ante alios ſe conferat. Hæ enim docent quam magnitudinem, quem ſitum, conformationem, nexum, colorem, & inter ſe
F communionem habeant partes quæ per diſſectiones apparent. Qui autem in harum ſpeculatione fuerit in diſſectionibus exercitatus, deinceps ipſarum functiones diſcet; naturales quidem in tribus ſcriptas commentariis qui de naturalibus facultatibus inſcripti ſunt; animales verò quas vocant, in aliis pluribus quos præcedere debet tum liber

de

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 98 sur 151

deanatomia mortuorum,tum poſt hűc,alij duo de anatomia viuorũ;& duo præterea alij de diſſentione anatomica. Poſt hos deinceps ſunt tres quidem de thorace & pulmone, duo verò de cauſis reſpirationis;& ab his deinde,de voce,ex eodem porrò genere ſunt,& ij de motu muſculorum & quæ de nominibus demonſtrata ſunt;de elementorum autem demonſtratione non omnia mihi dicta ſunt in eo libro, ſed *ea tantùm* quibus Hippocrates ipſe vſus eſt. Ad abſolutam autem elementorum corporis noſtri cognitionem,legiſſe conuenit,ea quę in decimotertio de demonſtrationibus dicta ſunt, & quæ in quinto & ſexto de decretis Aſclepiadis; ſed & quæ de purgantium medicamentorũ facultate *inſcripſimus*. Dicta quidem ſunt nonnulla in libro de elementis ſecundũ Hippocratem,ſcripta verò etiam ſunt in alio libro. Hunc de Elemẽtis ſecundum Hippocratem ſequuntur tres cõmentarij de Temperamẽtis;& hos,opus de ſimplicium medicamentorum facultate;& rurſus hoc,quod eſt de medicamentorum compoſitione. In primis igitur, de animalibus agitur cũ propriis cuiuſque notis,in quarto verò,de medicamentorum temperamento ſermo eſt. Siue igitur poſt duos quis velit,ſiue poſt tres,tum librum de optima corporis conſtitutione legere, tum eum de bono habitu, tum etiam eũ de inæquali intemperie,id certè ordine conuenienti faciet. Exigui autem admodum ſunt hi tres libri amicis poſtulantibus dictati,ac deinde ab illis editi. Cæterùm quum & horum facultas in libris de Sanitate tuenda contineatur,ſecũdum quos ſunt: in quibus differentiæ conſtitutionis noſtri corporis, * * * expoſitionum : quæque rectè dicantur, quęque ſecùs,priùs in operibus noſtris exercitato. Habebis autem in aliqua Hippocratis *opera*,etiam noſtra *Commentaria*; & quoniam hæc iam ſcripta ſunt,reliqua adiũgere conabor. Id autem ſi vixerimus,fiet. Quòd ſi ante moriar quã præcipua Hippocratis ſcripta expoſuerim,habebunt qui volent ſententias eius,& noſtras,vt dictum eſt,lucubrationes cum iis, qui iàm facti ſunt, commentariis. Et eorum quidem qui virum eum explanarunt, tum præceptoris mei Pelopis,tum & Numiſiani ſi quid haberent, pauca autem ſunt ea quæ ſuperſunt, & præterea Sabini & Rufi Epheſij. Quintus verò & Quinti diſcipuli,Hippocratis mentem non axactè ſunt aſſequuti;ideóq; multis in locis expoſitiones non rectè faciunt. Lycus autem aliquando etiam Hippocratem incuſat, virũmque mentiri ait,eius dogmata non intelligens,tametſi Lyci opera illuſtria fuere omnia. Noſter autẽ præceptor Satyrus (cum iſto enim primùm cõgreſſi poſtea Pelopem audiuimus) non eodem quo Lycus modo Hippocratis libros interpretabatur. Fatetur autẽ Satyrus ſe Quinti placita exactiſſimè obſeruare; neq; ipſis addere quicquam neque detrahere. Ephicianus quippè aliquid etiam ad Stoicũ magis ſenſum accommodauit. Nos igitur quum aliter quidẽ antea de Satyro Quinti expoſitiones audiſſemus; interpoſitoq; deinde tẽpore Lyci quædam legiſſemus, vtrumq; contempſimus, vt qui non accuratè mentem Hippocratis percepiſſent, rectiùs enim Sabinus & Rufus ſunt aſſequuti. Qui autem in operibus noſtris prius exercitatus fuerit, poterit & iſtorum ſcripta iudicare, & quæ probè ab eis dicta ſunt, & ſicubi fortè lapſi ſint deprehendere. Verùm quoniam de Hippocratis quoque expoſitionibus ſufficienter dictum eſt,tranſeamus ad reliquos noſtros commentarios quicunque rationalis ſunt inſtituti.

A περὶ τῆς ἐπὶ τῶν τεθνεώτων ἀνατομῆς, καὶ δύο ἐφεξῆς τῇδε, τὰ τῆς ἐπὶ τῶν ζώντων· καὶ δύο ἐπ' αὖθις ἄλλα, τὰ περὶ τῆς ἀνατομικῆς διαφωνίας. ἐφεξῆς δὲ τούτοις ἐστὶ, τρία μὲν περὶ θώρακος, καὶ πνεύμονος· δύο δὲ περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων· καὶ τούτων ἐφεξῆς, περὶ φωνῆς· ἐκ ταὐτοῦ δὲ γένους ἐστὶ, καὶ τὰ περὶ μυῶν κινήσεως, καὶ ἃ περὶ τῶν ὀνομάτων ἐπιδέδεικται· καὶ αὐτὰ δὲ τὰ περὶ τῆς ἀποδείξεως τῶν στοιχείων, οὐ πάντα εἴρηται κατὰ τὸ βιβλίον, ἀλλ' ὅσοις αὐτὸς Ἱπποκράτης ἐχρήσατο. πρὸς γὰρ τὸ τελεώτατον τῆς ἐπιστήμης τῶν τοῦ σώματος στοιχείων, ἀναλέξαι προσήκει τὰ ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ περὶ ἀποδείξεως εἰρημένα, καὶ τὰ κατὰ τὸ
B πέμπτον, καὶ ἕκτον περὶ τῶν Ἀσκληπιάδου δογμάτων. ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως· εἴρηται μὲν τινα κἀν τῷ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, γέγραπται δὲ καὶ κατὰ μόνας, ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ. τῷ δὲ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, ἕπεται τὰ περὶ κράσεων ὑπομνήματα γʹ· καὶ τούτοις, ἡ περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως πραγματεία· κἀκείνῃ πάλιν, ἡ περὶ συνθέσεως φαρμάκων. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρώτοις ζώοις, λέγονται μετὰ τῶν ἰδίων ἑκάστης γνωρισμάτων· ἐν δὲ τῷ δʹ. περὶ τῆς τῶν φαρμάκων κράσεως, ὁ λόγος ἐστίν. ἐάν τε οὖν μετὰ δύο βουληθείη τις, ἐάν τε μετὰ τρία, τό τε περὶ τῆς ἀρίστης κα-
C τασκευῆς τοῦ σώματος ἀναγνῶναι, καὶ τὸ περὶ τῆς εὐεξίας, καὶ τὸ περὶ τῆς ἀνωμάλου δυσκρασίας, ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει πράξει τοῦτο. μικρὰ δέ ἐστι πάνυ τὰ τρία ταῦτα βιβλία, φίλοις ἀξιώσασιν ὑπαγορευθέντα, κἄπειτ' ἐκδοθέντα ἐκείνων. ἐπεί τοι καὶ τούτων ἡ δύναμις ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ περιέχεται, καθ' ἣν αἱ διαφοραὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς * * * τῶν ἐξηγήσεων· ὅσαι τ' ὀρθῶς λέγονται, καὶ ὅσαι μή, προγεγυμνασμένῳ κατὰ τὰς ἡμετέρας πραγματείας. ἕξεις δ' εἰς ἔνια τῶν Ἱπποκράτους, καὶ τὰ ἡμέτερα· καὶ ἐπεὶ ταῦτ' εἴδη γέγραπται, προσθεῖναι πειράσομαι τὰ λοιπά. τοῦτο μὲν ἐὰν ζήσωμεν, ἔσται.
D φθάσαντος δ' ἀποθανεῖν ἐμοῦ, πρὶν ἐξηγήσασθαι τὰ κυριώτατα τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων, ἕξουσιν οἱ βουλόμενοι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ τὰς ἡμετέρας μὲν, ὡς εἴρηται, πραγματείας, ἅμα τοῖς ἤδη γεγονόσιν ὑπομνήμασι. καὶ τῶν ἐξηγησαμένων γε τὸν ἄνδρα τοῦ γε διδασκάλου Πέλοπος εἴ πού τι καὶ τοῦ Νουμισιανοῦ. ἔχοιεν, ἔστι δ' ὀλίγα τὰ διασωζόμενα· καὶ πρὸς τούτοις, τά τε Σαβίνου καὶ Ῥούφου τοῦ Ἐφεσίου. Κόϊντος δὲ, καὶ οἱ Κοΐντου μαθηταί, τὴν Ἱπποκράτους γνώμην οὐκ ἀκριβῶς ἐγνώκασι· διὸ καὶ πολλαχόθι τὰς ἐξηγήσεις οὐκ ὀρθῶς ποιοῦνται. Λύκος δέ, ἐνίοτε καὶ προσεγκαλεῖ τῷ Ἱπποκράτει, καί φησι ψεύδεσθαι τὸν ἄνδρα, μὴ γινώ-
E σκων αὐτοῦ τὰ δόγματα, καίτοι τά γε τοῦ Λύκου βιβλία, φανερῶς πάντα γέγονεν. ὁ δ' ἡμέτερος διδάσκαλος Σάτυρος (τούτῳ γὰρ πρώτῳ συγγενόμενοι, μετὰ ταῦτ' ἠκούσαμεν Πέλοπος) οὐ τὰς αὐτὰς ἐξηγήσεις ἐποιεῖτο τῷ Λύκῳ τῶν Ἱπποκρατείων βιβλίων. ὁμολογεῖται γὰρ Σάτυρος ἀκριβέστατα διασώζειν τὰ Κοΐντου δόγματα, μήτε προσθεὶς αὐτοῖς τι, μήτ' ἀφελών. Ἐφικιανὸς μὲν γάρ τι καὶ μετερρύθμισεν ἐπὶ τὸ Στωϊκώτερον. ἡμεῖς οὖν, ἑτέρως μὲν ἔμπροσθεν ἠκηκοότες Σατύρου τὰς ἐξηγήσεις Κοΐντου, μετὰ χρόνον δ' ὕστερον ἀναγνόντες τινὰ τῶν τοῦ Λύκου, κατέγνωμεν ἀμφοτέρων, ὡς οὐκ ἀκριβῶς ἐγνωκότων τὴν Ἱπποκράτους
F γνώμην, ἄμεινον γὰρ ἔγνωσαν οἱ περὶ Σαβῖνόν τε καὶ Ῥοῦφον. ὁ δ' ἐν ταῖς ἡμετέραις πραγματείαις προγεγυμνασμένος, ἱκανὸς καὶ τὰ τούτων κρίνειν, καὶ φωράσαι τά τε καλῶς ὑπ' αὐτῶν εἰρημένα, καὶ εἴ που τυγχάνειεν ἐσφαλμένοι. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ περὶ τῶν Ἱπποκράτους ἐξηγήσεων αὐτάρκως εἴρηται, μεταβῶμεν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἡμετέρων ὑπομνήματα, ὅσα τῆς λογικῆς ἐστι πραγματείας.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 99 sur 151

ἔστι δ' ἐξ αὐτῶν, σοὶ μὲν, ὦ Εὐγενιανὲ, καὶ ὅσοι τὴν ἰατρικὴν μόνην ἐσπουδάκατε, περὶ τῆς ἀποδείξεως αὐτάρκη· τοῖς δ' ἄλλοις ὅσοι φιλοσοφίᾳ σχολάζουσι, καὶ τἄλλα· πλὴν εἴ τις ἀμφοτέρας δύναιτο καλῶς μετέρχεσθαι τὰς θεωρίας, ἰατρικῆς τε καὶ φιλοσοφίας. εἶναι δὲ χρὴ τοῦτον ἀγχίνουν τε ἅμα, καὶ μνήμονα, καὶ φιλόπονον. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις εὐτυχηκότα τοιαύτην εὐτυχίαν, οἵαν ἡμεῖς εὐτυχήσαμεν, ὑπὸ πατρὶ παιδευθέντες, ὃς ἀριθμητικῆς τε, καὶ λογιστικῆς, καὶ γραμματικῆς θεωρίας ἐπιστήμων, ἡμᾶς ἐν τούτοις τε καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα παιδείας μαθήματα θρέψας, ἡνίκα πεντεκαιδέκατον ἔτος ἤγομεν, ἐπὶ τὴν διαλεκτικὴν θεωρίαν ἦγεν, ὡς μόνῃ φιλοσοφίᾳ προσέξοντας τὸν νοῦν. εἶτ' ἐξ ὀνειράτων ἐναργῶν προτραπεὶς, ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἄγοντα, καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐποίησεν ἐμὲ ἀσκεῖν, ἅμα τῇ φιλοσοφίᾳ. ἀλλὰ καὶ τοιαύτην ἐγὼ τὴν εὐτυχίαν εὐτυχήσας, ἐκμανθάνων τε, καὶ θᾶττον ἁπάντων τῶν ἄλλων, ὅ, τι περ ἂν ἐδιδασκόμην, εἰ μὴ τὸν ὅλον μου βίον εἰς τὴν τῶν ἐν ἰατρικῇ τε καὶ φιλοσοφίᾳ θεωρημάτων ἄσκησιν καθεστήκειν, οὐδὲν ἂν ἔγνων μέγα. μηδὲν τοίνυν μηδὲ τοῦτο θαῦμα. διότι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων, ἀσκούντων ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν, ἐν οὐδετέρᾳ κατορθοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔφυσαν καλῶς, ἢ οὐκ ἐπαιδεύθησαν, ὡς προσῆκεν, ἢ οὐ κατέμειναν ἐν ταῖς ἀσκήσεσιν, ἀλλ' ἐπὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις ἀπετράποντο. ταῦτα μὲν οὖν μοι κατὰ τὸ πάρεργον εἰρήσθω καίτοι οὐκ ὄντα πάρεργα. Τὰ γοῦν τῆς φιλοσόφου θεωρίας ἡμέτερα βιβλία, μετὰ τὴν περὶ τῆς ἀποδείξεως πραγματείαν, ἀναγινώσκειν χρή. τίνες δ' αὐτῶν εἰσιν αἱ ὑποθέσεις, καὶ πόσαι, καθ' ἑκάστην μὲν αὐτῶν γέγραπται· δι' ἐκείνου δὲ δηλωθήσεται τοῦ γράμματος, ἐν ᾧ τὴν γραφὴν ποιήσομαι ἁπάντων τῶν ἐμῶν βιβλίων. ἐπεὶ δ' ἐπύθου μου καὶ περὶ τῆς πραγματείας ἐν ᾗ τὰ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς γραφεῦσιν ὀνόματα, κατὰ τὴν τῶν πρώτων ἐν αὐτοῖς γραμμάτων ἠθροισται τάξιν, ἅπερ ἀποκρινάμενον σοι, βέλτιον ἡγοῦμαι κἀνταῦθα γράψαι σοι· πρόδηλον γὰρ ὅτι καὶ ἄλλοι πολλοὶ ζητοῦσιν, ἥ τίς ποτ' ἐστὶν αὐτῶν ἡ ὑπόθεσις. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο ἀξιοῦμεν ἡμεῖς ὅπερ ἔνιοι τῶν νῦν κελεύουσιν, ἅπαντας Ἀττικίζειν τῇ φωνῇ, κἂν ἰατροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, ἢ φιλόσοφοι, ἢ γεωμετρικοὶ, ἢ μουσικοὶ, καὶ νομικοὶ, κἂν μηδὲν τούτων, ἀλλ' ἁπλῶς ἤτοι πλουτοῦσί τινες, ἢ μόνον εὔποροι· τοὐναντίον γὰρ ἀπαξιῶ, μηδενὶ μέμφεσθαι τῶν σολοικιζόντων τῇ φωνῇ, μηδ' ἐπιτιμᾶν· ἄμεινον γάρ ἐστι τῇ φωνῇ μᾶλλον, ἢ τῷ βίῳ σολοικίζειν τε καὶ βαρβαρίζειν. ἐγράφη δέ μοί ποτε καὶ πραγματεία πρὸς τοὺς ἐπιτιμῶντας τοῖς σολοικίζουσι τῇ φωνῇ, τοσούτου δέω, παιδείας τι μόριον ὑπολαμβάνειν τὸ Ἀττικίζειν. ἀλλὰ διὰ τὸ, πολλοὺς ἰατροὺς καὶ φιλοσόφους, ἐν οἷς αὐτοὶ νομοθετοῦσι καινὰ σημαινόμενα τῶν Ἑλληνικῶν, ἐν τούτοις ἑτέροις χρῶνται, διὰ τοῦτο καὶ τῶν ὀνομάτων τὴν ἐξήγησιν ἐποιησάμην ἐν ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα βιβλίοις ἀθροισάμενος ἐξ Ἀττικῶν συγγραφέων αὐτὰ, καθάπερ ἐκ τῶν κωμικῶν ἄλλα. γέγραπται μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἡ πραγματεία διὰ τὰ σημαινόμενα· σὺν τούτῳ δ' εὐθέως ὑπάρχει τοῖς ἀναγνωσομένοις αὐτὰ, καὶ ἡ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων γνῶσις, οὐδὲν αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἄξιον ἔχουσα μεγάλης σπουδῆς. ἀλλά γε διὰ τοὺς κακῶς χρωμένους τοῖς ὀνόμασιν, ἄλλη μοι γέγραπται πραγματεία περὶ τῆς ὀρθότητος αὐτῶν, ἣν δὴ καὶ πρώτην ἁπασῶν ἄμεινον ἀναγινώσκειν.

Ἐκ Ἰωάννου τοῦ Στοβαίου, λόγου ιγ'.

Ἱπποκράτην ἔπειθέ τις πρὸς Ξέρξην ἀπαίρειν, χρηστὸν εἶναι φάσκων βασιλέα· ὁ δὲ, οὐ δέομαι, ἔφη, χρηστοῦ δεσπότου.

A Sunt autem ex ipſis,tibi quidem,ô Eugeniane, & quicunque vni Medicinæ ſtuduiſtis,ſatis ij qui de Demonſtratione agunt; cæteris autem quotquot philoſophiæ dant operam,& alij quoque libri niſi ſiquis vtramque & medicinæ & philoſophiæ ſpeculationem rectè obire queat. Oportet autem hūc eſſe & ingenioſum & memorem,& laborioſum;ac præterea qui talem nactus ſit felicitatem, qualem nos conſequuti ſumus ſub patre inſtituti qui & Arithmeticæ & Supputatoriæ & Grammaticæ ſpeculationis peritus erat. In his aliiſque puerorum præceptis quum me enutriiſſet,vbi 15.annum egi, ad diſſerendi artem deduxit, tanquam ſoli philo- B ſophiæ animū applicaturum. Euidentibus deinde ſomniis admonitus, 17. agentem annum vnà cum philoſophia medicinam quoq; exercere me fecit. Eam tamen felicem fortunam ſortitus, citiúſque cæteris omnibus perdiſcens quodcumq; docerer, niſi omnem meam vitam in exercitium pręceptorum medicinæ philoſophiæque collocaſſem,nihil magni cognouiſſem. Nec igitur hoc mirum eſt quum magna pars hominum medicinam & philoſophiam exercētium in neutra proficiant;nam aut benè nati non erant,aut vt decebat non ſunt inſtituti,aut in exercitationibus non perſeuerarunt,ſed C ad ciuilia negotia ſe conuerterūt. Hæc igitur mihi perperam dicta ſint,quanquam ſuperuacanea non ſunt. Noſtros ergo de philoſophica ſpeculatione libros, poſt opus de Demonſtratione legere oportet. Quænam autem eorum argumēta ſint & quot, in ſingulis quidem ipſorū ſcriptum eſt,in eo verò demōſtrabitur libro in quo deſcriptionem faciam omnium librorum meorum. Sed quoniam interrogabas me de illo opere in quo nomina quæ apud Atticos ſcriptores ſunt,iuxta primarum in ipſis litterarum ordinem collecta ſunt,quæ tibi reſpōderim ſatius duco hîc tibi referre;planum quippè eſt & alios multos quærere quodnam ſit eorum argu- D mentum. Non enim id volumus quod nōnulli eorum qui nunc iubent omnes voce Attica vti,ſiue ij medici ſunt,ſiue philoſophi,& geometrici & muſici,& Iuriſconſulti,ſiue horum nulli,ſed planè aut diuites quidam, aut copioſi tantùm; contrarium enim cenſeo, nullum vituperandum qui voce ſolœcizet aut reprehendendum; præſtat enim voce quàm vita ſolœciſmum aut barbariſmum facere. Scriptum porrò mihi aliquando eſt opus aduerſus eos qui voce ſolœciſmum committentes reprehendunt,tātùm abeſt vt Attici ſermonis eloquentiam, aliquam eruditionis eſſe partem exiſtimem. E Verùm quòd multi tum medici tum philoſophi in quibus noua Græcorum vocabulorum ſignificata ſtatuunt,in his aliis vtuntur,propterea nominum Atticorum expoſitionem in 8. & 40. libris conſcripſi,quum ipſa ex Atticis ſcriptoribus collegiſſem, vt & ex Comicis alia. Scriptum igitur eſt,vt dixi,opus id propter ſignificata; cum eo autem ſtatim ſuppetit iis qui ipſos lecturi ſunt Atticorum quoque nominum cognitio nihil ipſa per ſe magno ſtudio dignum habens. Veruntamen propter eos qui malè nominibus vtuntur, aliud à me ſcriptum eſt opus de ipſorum rectitudine, F quam ſanè etiam omnium primam legere præſtat.

Ex Ioanne Stobæo, ſermone 13.

Hippocrati quidam perſuadebat ad Xerxem proficiſci, bonum eſſe Regem dicens; At ille; Ne bono quidem Domino mihi opus eſt.

VITA

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 100 sur 151

VITA
CLAVDII GALENI
PERGAMENI MEDICORVM
OMNIVM AB HIPPOCRATE PRINCIPIS,

Ex ipſo, & probatis authoribus à RENATO CHARTERIO collecta digeſtáque.

CAPVT PRIMVM.

Proœmium, quo biographi mens explicatur.

AVREATAM Galeni omnium ab Hippocrate Medicorum Principis vitam, præſtantiſſimis ac immortalibus vitæ humanæ functionibus inſignitam, morum probitate decoratam, virtutum illuſtratam amplitudine, ſcientiarum ac doctrinæ vbertate locupletatam, ſapientiæ propugnaculis obuallatam, & quamplurimis rerum medicarum monumentis ab hominum ſilentio & poſteritatis obliuione vindicatam nobis conſcribentibus, viri celebres tanti Medici memores, ac famæ eius præcones tot im- B mortalitatis amaranthos, tot triumphales epiniciorum lauros, tot vegetos gloriæ flores, & manibus lilia plenis confertim aduehunt, ac tam conſpicuas encomiorum notas ſuppeditant, vt hęc vniuerſa, & quæ cætera huius vitæ periodus ſole digna peperit, vita noſtra iam conſeneſcente neq; complecti poſſimus, neque apud æquiſſimos ſapientum oculos expromere. Verùm quemadmodum immẽſam vniuerſi orbis amplitudinem ductis quibuſdam lineis plana tabula, aut globulus complectitur, oculíſque addiſcendam ſubiicit: ſic perangustis in membranis vaſtum rerum præclarè ac medicè geſtarum pelagus, ampliſſimus artium ac ſcientiarum orbis, & altum morum ac virtutum cælum delineabitur. C Siquid autem memoria dignum à nobis inconſultò prætermiſſum, aut ſponte obtruncatum non in lucem emergat, id à ſapientiſſimis hiſtoriographis ac Medicis tum recentioribus, tum vetuſtioribus poſteros nobis accuratiores mutuari, ac in vulgus proferre concedimus. Quęcunque tamen ad encomiaſticam Galeni biographiam ſapienter acta, ac dictata ſpectare animaduertimus, ea iam ſingula non moleſto ordine, ac idonea ſerie ſcriptis prodidimus, tum vt perpetuæ Pergameni Archiatri memoriæ ſatisfaceremus, tum tanti ducis exemplo Medicinæ candidatis facilis pateret aditus, ac D vniuerſa doctrina compararetur. Nam quicunque Medicinæ adipiſcendæ, faciendæ, ac edocendæ ſtudio flagrant, eos omnes vt hancce Galeni hiſtoriam prælegant, Galenum legitimæ medendi artis præceptorem ſibi ducem eligant, quibus artibus ac ſcientiis ſtuduit, eas omnes ſtudio conſequantur, & qua via medicam A ſcientiam adeptus eſt, eâdem tanquam omnium tutiſſimâ procedant adhortamur.

CAPVT II.

De Medicinæ ortu, ac progreſſu ad Galenum vſque.

IAM verò quis ortus Medicinæ, quódque incrementum ab Apolline & Æſculapio ad Hippocratem, & ab Hippocrate ad Galenum, quæque huius artis facies aduſque noſtrum ſeculum fuerit imprimis diſcendum eſt. Inuentionem autem Medicinæ Græci omnes Diis, aut Deorum filiis acceptam referunt. Eos autem Deos Apollinem & Æſculapium fuiſſe à Romanis, Græcis, B cæteriſque vetuſtatis hominibus conſtructa ipſis templa, poſitæ ſtatuæ, celebrati ludi publici, & facta ſacrificia teſtabantur. Apollinem ἰητρὸν ac Medicinæ Deum vocat ac inuocat Hippocrates; veram medendi artem Apollini & Æſculapio priſcos conceſſiſſe in libris methodi conſcripſit Galenus; τὴν ἰατρικὴν Ἀπόλλωνος, & Apollinem σωτηρίων φαρμάκων εὑρετὴν remediorum ſalubrium inuentorem Philo Iudæus appellitat. At Apollinem Iouis & Latonæ filium Æſculapij patrem intelligimus, qui quo ſeculo editi floruerint, id abditum hiſtoriographi non explicant. Quibuſdam tamen chronologicis placuit Æſculapium Iudæ ſeculo vitam duxiſſe; nonnullis verò Pandionis quinti Athenarum Re- C gis, qui annis quadricenis & quadraginta ante Hippocratis ortum reipublicæ gubernaculum moderatus eſt. Tradunt itaque Æſculapium ab Apolline progenitore eruditum filios ſuos Machaonem, Podalirium, eiúſque nepotem Nicomachum poſtea Medicinam docuiſſe, atque hunc in modum artem ipſam medendi cœptam diuinis auſpiciis, ſucceſſione quadam hæreditaria, à parentibus propagatam ſemper in liberos, ad Hippocratem vſque ab Æſculapio quoque ipſo oriundum perueniſſe. Cautum ſiquidem erat in illa Aſclepiadarum familia nequis artem Medicam, poſſeſſionem pla- D nè diuinam, & à Deo ſolis ipſis conceſſam, cuiquam communem faceret, qui ab eodem non eſſet genere exortus, cuius rei gratia peritos artis illius τοὺς ἰατρῶν παῖδας Medicorum filios Græci perpetuò vocarunt. Hippocrates autem primo nonageſimæ Olympiadis anno natus, omnium primus diſperſam priùs nec digeſtam artem, vel artis potius partes, & principia, operá-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 101 sur 151

que collegit, & vniuerſalia præcepta rationali methodo condidit; nobíſque volumina octoginta reliquit, quæ incomparabilem eius doctrinam profuturámque mortalibus vitæ integritatem teſtantur. Enimverò poſtea ſequuti ſunt Diocles Caryſtius, Praxagoras, Chryſippus Sophiſta, ac Eraſiſtratus ex Ariſtotelis filia genitus qui rationalis ſectæ profeſſores extiterunt. Nam ſub Philiſtino Coo eodem propè tempore Empirica ſecta exorta eſt, cuius authores ac principes fuerunt Serapion Alexandrinus, Apollonius Antiochenus, & Menodotus, qui ſanè diſſidebant à Rationalibus, quòd illi quidem ratione ſimul, & experientia vterentur ad præſidia inueſtiganda morbis ipſis congruentia, hi verò ſolo vſu niterentur eorum quæ aliàs aliquoties obſeruauerant. Ab vtriſque receſſerunt peræquè Methodici nuncupati, cauſarum abditarum indaginem, quas Logici ſummo ſtudio explorabāt reſpuentes, nec quicquam tribuentes particularibus experimentis quibus Empirici nitebantur. Vt verò hi particulares omnes affectus ad generales duos aſtrictum, & laxum reducebant: ſic vniuerſas ipſorum curationes ad duas ſimiliter cùm laxorum aſtrictionem, tum aſtrictorum laxationem. Huic autem ſectæ auſpicia dedit Themiſon Laodiceus, eam verò abſoluit Theſſalus ille Trallianus qui ſex duntaxat menſibus ipſam artem accuratiſſimè ſe docturum pollicebatur. Quibus omnibus omnium ſapientiſſimus Galenus ſuccedens, medicinam in tot ſectas diuulſam laceratámque ſuæ integritati atque nitori reſtituit; quæ praua ſuo tempore in hominum animos irrepſerant dogmata penitus euulſit, ac Germanam Hippocraticámque medendi artem per ſexcentos aut plures annos ſepultam neglectámque reuocauit. Quo verò ſtudio, quáque fide id egerit, tum eius monumenta, tum vitæ ſeries edocebit.

CAPVT III.

Galeni nomen.

QVanquam Euripides in Alexandro ita vaticinetur, δεῖ δ' οὐ ταῖς φήμαις τῶν ὀνομάτων ἐξελέγχεσθαι τοὺς τρόπους, *haud nominum vocabulis mores explorandi ſunt*; Huic tamen obnixè reluctatur hiſce verbis Nicocles Iſocratis, Οἵων περ ὀνομάτων ἕκαστα τῶν πραγμάτων τετύχηκε, τοιαύτας ἡγεῖσθε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν εἶναι, *vt nomina res quæque ſortitæ ſunt, ita earum etiam vires & effectus exiſtimetis reſpondere.* Hanc ſententiam veritati conſonam Galeno nomen proprium non temerè à parentibus impoſitum declarat. Γαληνὸς enim tranquillus & ſerenus Latinis redditur, quod vocabulum Medicis præſtantioribus aptè datum eſt. Nam morbum omnem hominem vexare, eiúſque functiones interturbare ac per ſe oblædere animaduertimus, cui profligando contrario opus eſt Medico tranquillo, tum remedio tranquillante, hoc eſt, quod intemperatum eſt, contemperante; & incommoderatum, commoderante; quod obtingit vbi depulſo morbo ſuccedit ſanitatis ſerenitas. Vnde ſummus ſenex Medico ad laborantem accedenti ac curanti ἱλαρῶς καὶ εὐδιεινῶς hilari ac ſereno vultu eſſe imperat, memorem nihil cum perturbatione moliendi. Quas ob res quum Galeni pater vir eruditiſſimus filio ſuo, quem in optimis quibuſcunque diſciplinis, quibus animi maximè tranquillantur omnéſque perturbationes ſerenantur, inſtituendum propoſuiſſet, impoſito hoc nomine feliciter ominatus eſt. Licet verò Γαληνὸς nomen adiectiuè vel appellatiuè vſurpatum vltimam ſyllabam tantùm acuat, primam vero Γάληνος, quum proprium nomen habetur, nullam tamen ſubit dictio, celebris ſignificationis iacturam. Quidam Galeni biographi annotarunt quædam nomina adiectiuè aut appellatiuè vſurpata, eſſe oxytona vt Γαληνὸς, βοηθὸς, ἀδελφὸς, etiam γλαυκὸς, ξανθὸς, ἀγρὸς, quæ ſingula quum propria habentur, nomina proparoxytona eſſe qualia hæc polyſyllaba, Γάληνος, Βόηθος, Ἄδελφος. Verùm hæc Grammaticis vt quæ ad inſtitutum noſtrum nihil conferant, reliquimus, quorum leges ſæpenumero ab authoribus abrogantur. Nam apud Suidam & quos legimus cæteros & adiectiuè & appellatiuè, & propriè ſumptum nomen Γαληνὸς oxytonum perpetuò compertum eſt. Enimverò Γαληνὸς, ἡ γαλήνη non à vocabulo, γαλα (licet λευκὴν γαλήνην *tranquillitatem* Homerus concinat) imò potius à γελάω deriuatur. Nec mehercule iniuria. Nam vt nautis periclitantibus maris tempeſtas crebrò lacrymas, ita iiſdem in tuto nauigantibus tranquillitas ſerenam faciem ac riſum promouet. Γαλήνη maris, νηνεμία ventorum aut cæli tranquillitas eſt. Itaque propriè ἡ γαλήνη tranquillitas eſt, qua mare placidum ventis ac fluctibus conquieſcit, inde ortum adagium ἐκ κυμάτων ἡ γαλήνη *ex tempeſtatibus tranquillitas* quod de iis effertur qui grauia ac moleſta effugere, & quibus res proſperrimè ſublatis obſtaculis ſuccedunt. Hinc Xanthias Ariſtophanis.

---θάῤῥει, πάντα τἀγαθὰ πεπράγαμεν,
Ἔξεστι δ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν
Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

---bono animo es, nam benè nobiſcum agitur; &
Idem nobis, quod Hegelocho, dicere licet;
E fluctibus ſerenitatem conſpicor.

Γαλήνη quoque metaphoricè de vultus ſerenitate & hilaritate explicatur, quam Medicos decere dictat ſenex, quos temperatos eſſe præcipit, quique hilari ac ſerena facie ægrum conſolentur. Age verò prænomen Galeno datum perquiramus, & exploremus. Claudium Galenum plerique vocitant Syluius, Lynacer, Mirandula, Andernacus, aliique viri præſtantiſſimi ipſius interpretes. Nos quoque in quibuſdam manuſcriptis Galeni commentariis quos è bibliotheca Regia conceſſos reuoluimus, hocce prænomine Claudio Galenum nominatum eſſe conſpeximus. Verùm ipſe Galenus pleriſque in locis nomen ſuum meminit, nominauítque, ſed Claudium prænomen aut ſilentio condidit, aut minimè nouit. At Romani Liberi omnes duntaxat honoris cauſa ſuis nominibus prænomina præmittere conſueuerunt, qui mos Græcis cæteriſque populis non vſitatus eſt. Quare Galeno honoris gratia prænomen illud à Romanis datum fuiſſe auguramur. Cæterum hæc ſingula nomina Claudius Galenus, Tranquillus, Serenus quibus princeps noſter donatus eſt, præſtantiſſimis, ac illuſtriſſimis viris Regibus, ac Imperatoribus priùs ac poſteriùs data fuiſſe omnibus innotuit.

CAPVT IV.

Galeni patria.

ASiam tertiam terræ partem Geographi delineauerunt, quæ quum ampliſſima variis regionibus & climatibus circunſcribatur, varias quoq; temperaturas ſortiri, proindeque homines magnitudine, formâ, & moribus diuerſos parturire, ac alere neceſſe eſt. Hinc ad dilucidiorem plagæ dignotionem duplicem ipſi Aſiam definierunt, alteram maiorem, alteram minorem. Hæc autem ipſa eſt, cuius deſcriptio ab Hippocrate magis, quàm à quouis Geometra traditur libro de aëre, locis, & aquis, vnde hæ depromptæ ſunt ſententiæ. Τὴν Ἀσίην πλεῖστον διαφέρειν φημὶ τῆς Εὐρώπης, ἐς τὰς φύσιας τῶν ξυμ-

πάντων

πάντων τῶν τε ἐκ τῆς γῆς φυομένων, καὶ τῶν ἀνθρώπων. πολὺ γὰρ καλλίονα, καὶ μείζονα πάντα γίγνεται, ἐν τῇ Ἀσίῃ· ἥτε χώρη τῆς χώρης ἡμερωτέρη, καὶ τὰ ἤθεα τῶν ἀνθρώπων ἠπιώτερα, καὶ εὐεργότερα· τὸ δὲ αἴτιον τουτέων, ἡ κρᾶσις τῶν ὡρέων. *Aſiam ab Europa plurimùm differre dico ſecundum naturas tum eorum omnium quæ è terra producuntur, tum hominum; longè enim pulchriora & maiora omnia in Aſia gignuntur, regióque ipſa hac noſtra mitior, & hominum mores humaniores & benigniores. Cauſa verò horum eſt tempeſtatum anni temperatio.* At in ipſa Aſia Pergamus inſignis vrbs ita dicta, quod ἐν τῷ Περγάμῳ *in edit[a]* rupe ſita ſit, Πέργαμον, τὴν πόλιν Ἴωνες λέγουσιν· οἱ δὲ, πάντα ὑψηλά. *Pergamum Iones vrbem, alij verò excelſa omnia vocitant. Suidas in vita Oribaſij.* Ex hac autem famoſa vrbe Pergamo viri illuſtriſſimi orti ſunt Galenus noſter Medicorum clariſſimus, Apollodorus rhetor & Auguſti præceptor, Dionyſius Atticus huius diſcipulus, & Oribaſius Medicinæ Princeps, quē ob patriam Galeni nomine inſignitam Romæ quàmprimùm, aliiſque in locis magnam gloriam & exiſtimationem ſibi comparaſſe memoriæ prodit Eunapius. Quod autem Galenus huiuſce Pergami fuerit ſoboles multi hiſtoriographi, multique Medici ſcriptis prodiderunt. Ac primum id teſtatur vulgatum Galeni agnomen, quo Pergamenum Galenum omnes appellitant, quóque omnium eius operum titulus præfigitur ac inſcribitur. Deinde verò ſelectæ quinque ex Galeni monumentis ſententiæ iam iam in medium adducendæ, quibus ipſe teſtis propriæ genealogiæ locupletiſſimus tum Aſiaticus, tum Pergamenus iudicatur. Prima ſcribitur ſecundo de tuenda ſanitate libro vbi temperatum ad pondus ac commoderatum corpus in Aſia duntaxat reperiri aſſerit. Αὐτῆς δὲ τῆς ἡμετέρας χώρας ἱκανὸν ἐχούσης πλάτος, εὐκρατότατόν ἐστι τὸ μεσαίτατον. *At huius noſtræ regionis quæ ampliſſimam habet latitudinem, quod in medio habetur, id ſanè temperatiſſimum eſt.* Secunda verò libro quinto de ſanitate tuenda legitur, vbi vinum calidioris facultatis ſenibus exhibendum eſſe conſulit, *& quod Myſium vocatur,* καὶ ὁ καλούμενος Μύσιος, οὐκ ἐκ τῆς περὶ Ἴστρον Μυσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑλλησποντίας ὀνομαζομένης, ἥτις ἐστὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν, ὁμοροῦσα Περγάμῳ, *non ex ea Myſia quæ ad Iſtrum eſt, ſed ex ea quæ Helleſpontia dicitur, quæ in noſtra eſt Aſia Pergamo vicina.* Tertia verò inſignis reuoluitur libro primo de compoſitione medicamentorum ſecundum genera, quum de emplaſtro albo ita eloquitur; τοῦτο τὸ φάρμακον, οὐ τῶν ὑπ' ἐμοῦ πρώτου συντεθέντων ἐστὶν, ἀλλ' ἤδη πρὸ πολλῶν ἐτῶν ὑπὸ τοῦ βασιλεύσαντος ἡμῶν τῶν Περγαμηνῶν Ἀττάλου σπουδάσαντος ἀνδρὸς περὶ φάρμακα παντοῖα, *Hoc medicamentum non ex iis eſt quæ à me primum compoſita ſunt; ſed iam ante multos annos à Rege noſtro Pergamenſibus imperante Attalo, viro cuiuſcumque generis medicamentorum ſtudioſo.* Quarta deinceps ſecundo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos libro, ita editur; καὶ γὰρ εὐπορία ψυχρῶν πηγῶν ἐν Ῥώμῃ, πολλὴ καὶ χιόνος, ὥσπερ γε καὶ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ, καὶ κατὰ τὰς πλείστας τῶν ἐν Ἀσίᾳ τε, καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων, *Nam & frigidorum fontium, & niuis multa Romæ eſt vbertas, quemadmodum apud nos Pergami, & plurimis Aſiæ Græciæque ciuitatibus.* Ex eodem volumine quinta hæc ac poſtrema educitur ſententia. Noſtrum Pergamenum atramentum ſcriptorium præcellit. Ad hæc Suidas Galenum τὸν διασημότατον ἰατρὸν Περγαμηνὸν celeberrimum Medicum Pergamenum appellitat, imò omnes tum Medici, tum Philoſophi Pergamenum Galenum communi ſuffragio denominant. Taceant itaq; quotquot aut hiſtoriarum, aut Geographiæ, aut doctrinæ Galenicæ ignari, Galenum neque Aſiaticum, neque Pergamenum eſſe, temerè pronunciant. Hæc autem Pergamus Aſiæ ciuitas nobiliſſima, ingeniorúmq; optimorum altrix extitit, quæ diu ſub regibus Attalicæ familiæ floruit, poſtea verò Romanorum legibus paruit, ciuitas, inquam, ampliſſima quæ quadraginta ciuium millia complectebatur alebátque, in regione temperatiſſima, Myſiæque vicina, à qua meritò ſe oriundum eſſe Galenus gloriabatur. Ciuitatis huius meminit Diuus Ioannes in Apocalypſi. Pergamenum autem vulgo dictum, aut Pergamenam membranam Pergami vel Eumenes, vel Attalus primus inueniſſe dicitur, cuius beneficio hominum res conceptæ & actæ conſeruantur. In hac itaque celeberrima ciuitate vitæ & doctrinæ ortum ſortitus eſt Galenus, vbi percelebre Æſculapij Dei Medici fanum fuiſſe conſtat, quò quæcunque experimentis & obſeruationibus in ægrotantium curationibus inuenta fuiſſent remedia deferebantur, & in cuius ambitu ſcripta veluti præcepta ac diuina oracula religiosè ſeruabantur.

CAPVT V.

Galeni parentes.

PRæclarè concinit Euripides.

Οὐκ ἔστι παισὶ τούτου κάλλιον γέρας
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι.
Haud liberis eo eſt decus præſtantius,
Parente quàm è probiſſimo natos eſſe.

Te itaque ampliſſimis honoribus beatiſſimum amplectimur (ô Galene) quod tibi à natura, aut à Deo probum honeſtúmque parentem fueris conſequutus. Hippocrates legem tulit, qua ſanxit præſtantiſſimum Medicum eum euaſurum qui ducem naturam fortunatam ſibi comparauerit. Sic autem effatur Medicorum omnium præſtantiſſimus, πρῶτον μὲν οὖν πάντων δεῖ φύσιος· φύσιος γὰρ ἀντιπρασσούσης, κενεὰ πάντα· φύσιος δὲ εἰς τὸ ἄριστον ὁδηγεούσης, διδασκαλίη τέχνης γίνεται, *Primum igitur omnium natura opus eſt. Natura namque repugnante, irrita ſunt omnia; natura verò ad optimum deducente, artis doctrina oboritur.* Enimuerò Galenus in climate ac loco omnium temperatiſſimo in lucē eſt editus, ſed quem temperatiſſimus & virtutibus vniuerſis cumulatiſſimus pater procreauit. Niconem eum vocitant germanum Galeni patrem, generoſæ ac nobiliſſimæ familiæ Pergami ſobolem, ac ciuem opulentum, iuſtitia, frugalitate, temperantia, & clementia inſignem, ab omni iracundia alienum, liberalem, modeſtum, & omnino optimum virum ac probis omnibus admiratione mouentem, vt qui nullius rei iactura aut interitu commoueretur, ſed aduerſus omnia quæ aduerſa fortuna mortalibus in vita obſeruantur fortiſſimus ac imperterritus inſurgeret; qui gloriam, honorem, ac diuitias ſperneret, qui ſolam ac nudam veritatem amplecteretur rebúſque omnibus præponeret, iiſque virtutibus ac moribus filium ſuum inſtitueret. Is Græcæ linguæ peritiſſimus extitit, eámque ad amuſſim ita comparauit vt Græcas literas non citra ſplendorem edocuerit; Is variis diſciplinis humanioribus, philoſophicis, ac mathematicis fuit deditus; Is callebat Geometriam, Arithmeticam, Aſtronomiam, potiſſimúmque ita architecturam vt Pergami Architecti munere fungeretur. Is denique præſertim in ſenectute rei ruſticæ ſtudioſus operam nauauit. Quibus pleriſque artibus auus quoque & proauus Galeni non paululum eruditi fuerant. Quum autem iam adoleſcentiam ingreſſus Galenus, doctrinæ ſtudiis ardentiùs, quàm cæteri condiſcipuli interdiu, noctúque operam daret, pater in agrum agriculturæ ſtudio conceſſit; vbi quum iam ætate inclināte agricultura delectaretur, triticum, & hordeum aliquando ſeminauit, omnibus diuerſi generis ſeminibus, quæ ipſis erāt admixta ſecretis, quò certè agnoſceret, num ex ipſorū mutatione lolium

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 103 sur 151

& ægilops naſcerentur, an propriam hæc quoq; ſemina naturam retinerent. Idem aliquando adipem, & oleum recondit, vt illis quàm antiquiſſimis aliquando vti liceret. At vt familiæ ſuæ de ſalubribus eduliis proſpiceret, ſemina & fructus aliquot (vt amygdala, iuglandes, auellanas, diuerſa legumina, triticum) in aqua priùs macerare, aut elixare ſolebat, vt inde, an intumeſcerent, & quantum, & quàm citò perciperet, atque ita de eorum ſalubritate ſtatueret. In vnoquoque enim ſeminum genere alia quidem (pro ſoli natura, aliiſque cauſis diuerſis) coqui, & intumeſcere facilè ſolent, alia difficilè, hæc minùs, illa magis ſalubria ſunt. Narrat Galenus parentem ſuum conſueuiſſe vina debilia ab acore conſeruare in cellis vinariis atque lagenis ſtœbe multa calida obtectis. Vita autem functus eſt Nico, quum annum propè viceſimum Galenus ageret. Mater autem licèt in ancillas, ac maritum quoque ardentiori ac frequentiore iracundia percelleretur, mulier tamen pudica & de re familiari adaugenda ac ſeruanda ſolicita plurimùm commendabatur. De parentibus autem propriis hæc Galenus. Εὐτύχησα δὲ μεγάλην εὐτυχίαν, ἀοργητότατον, καὶ δικαιότατον, καὶ χρηστότατον, καὶ φιλανθρωπότατον ἔχων πατέρα, μητέρα δὲ ὀργιλωτάτην, ὡς δάκνειν μὲν ἐνίοτε τὰς θεραπαίνας, ἀεὶ δὲ κεκραγέναι τε καὶ μάχεσθαι τῷ πατρί, μᾶλλον, ἢ Ξανθίππη Σωκράτει. *At magnam felicitatem adeptus ſum, quòd patrem ab omni iracundia alienum, & iuſtiſſimum, & optimum, & humaniſſimum ſortiar; At matrem habui adeo iracundam, vt interdum etiam ancillas morderet, ſemper autem & vociferaretur, & contenderet cum patre, ac magis, quàm Xantippe illa cum Socrate.* Hæc de parentum Galeni vita ac moribus dixiſſe ſatis.

CAPVT VI.

Galeni παιδομαθία, *aut prima inſtitutio in humanioribus literis.*

EX Hippocratis lege lata futuro Medico præſtantiſſimo pædomathia puerilíſve inſtitutio ſancita eſt. Hæc enim tempeſtiuæ ſationi quam induſtrius agricola molitur, reſpondet. Si etenim in aratum aruum opportunè electa ſemina cadant, agriculturæ aderit feracitas ac felicitas. Quod quum ſapienter animaduerteret Nico Galenum ſuum ad ſapientiam ac Medicinam euecturus, prima primùm elegit præcepta, & priores artes ac ſcientias quibus decoratus adoleſcens faciliùs ac tutiùs ad philoſophiam promoueretur. Itaque Nico tum pater temperatiſſimus, tum præceptor ſapientiſſimus Galeni extitit, proindéque literas omnes Græcas filium pater docuit, ac artes quæ congruè, ornatè, & cum ratione hominem loqui efficiunt Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam, quas planè ignorabant Medici Romani, qui Galeni temporibus medicam artem profitebantur, in quos frequentiùs inuehitur. At quum Grammaticam proferimus, non eam duntaxat, quæ ex literis ſyllabas, ex ſyllabis dictiones, & ex dictionibus congruam orationem conſtruit, intelligimus; verùm etiam artem poëticam, mythologiam, & hiſtoriam. Artem etenim adeptus eſt poëticam, & poëtas legit qui varios verſus, multáſque poëtarum ſententias ſuis ſcriptis paſſim inſeruit, qui de poëtis ſuam profert ſententiam, qui poëtas delectare, ac auditores attonitos reddere, non idoneas ſæpe metaphoras vſurpare, argumenta ſophiſmatis conſimilia canere, iiſque nullam aut perexiguam probandi fidem ineſſe pronunciat. Nam eiuſmodi de poëtis tulit iudicium Galenus in pleriſque libris, quemadmodum tertio de vſu partium, tertio de differentiis pulſuum, ſecundo de decretis Hippocratis

A & Platonis. Imò in pleriſque commentariis vt documentorum ſuorum fidem conſtruat, multos poëtas maximè verò Homerum, Heſiodum, Pindarum, Ariſtolochum, Euripidem, Sophoclem, Ariſtophanem & Cleanthem commemorat, eorúmque verſus, odas ac hymnos recinit. Hiſtoriam autem an minimè nouit Galenus, qui ipſam Medico neceſſariam eſſe commentario in tertium Epidemiorum profert? qui eam vt rerum antè actarum theſaurum vbique extollit? qui multas paſſim refert hiſtorias? Quas autem Mathematicas diſciplinas Galenum Nico parens docuit, eas priùs ex Hippocrate didicerat Medico medenti fore neceſſarias Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, & Aſtrologiam, quas tanti duxit Galenus, vt qui in his minimè
B verſati ſunt, eos & ad Philoſophiam, & ad Medicinam, & alias ſublimiores ſcientias adipiſcendas tanquam aſinos ad Lyram accedere protulerit. Hippocrates Theſſalum filium ſuum ad Geometriæ & Arithmeticæ cognitionem ineundam pulchra epiſtola adhortatur, tum vt gloriam, & vberiorem vtilitatem, & acutiorem ac dilucidiorem mentem ſibi comparet, tum vt affectuum dignotionem ineat, varios variorũ affectuum & febrium circuitus, mutationes, criſes, & curationes deprehendat. Imprimis itaque quod adagium ad rerum omnium ignaros refertur, id Galenum prorſus non læſit (*haud*
C *numeros nouit*) Arithmeticam etenim nouit Medicorum ſapientiſſimus, quam nobilem, quam principem ſcientiam appellitat; cui architecturam & aſtronomiam inniti aſſerit, quam adoleſcentum exercitationem eſſe prodit, cuius profeſſores apud Deum Mercurium primum chorũ occupare in ſuaſoria ad artes oratione ampliſſimè ratiocinatur. Geometriam didicit Galenus qui ipſam ſcientiam nobilem ac principem eſſe contendit, eámque quamplurimùm ad artem medendi conferre ſcribit libro qui inſcribitur optimum Medicum, eundem & philoſophum eſſe, & ante medicamenta ediſcendam in methodo medendi. Præclarè Philo, τὰς τῆς ψυχῆς γαλακτώδεις τροφὰς τὰ τῆς ἐγκυκλίου μουσικῆς προ-
D παιδεύματα εἶναι, *lactea animæ alimenta eſſe liberalis Muſices rudimenta*; τὴν δὲ θεραπαινίδα τὴν σοφίας μουσικὴν, *& ſapientiæ famulam appellat Muſicam*; quam nobilem ſcientiam ante Medicinam ediſcendam Galenus per initia libri primi methodi percelebrat; quam in corde ſedem habere narrat author libri anatomes viuorum ſuperſtitis, vbi inter duos cõtinuos motus ſyſtolen & diaſtolen, quietem intercidere edocet, vbi muſica comperitur; quam denique vt & cæteras mathematicas diſciplinas Galenum didiciſſe ex propriis ipſius commentariis innoteſcit. Hippocrates ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰατρικὴν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον. *Aſtro-*
E *nomiam non minimum, ſed quamplurimùm ad artem medendi conferre ſanciuit*, quam ſententiam in epidemiis, aliiſque operibus, vbi vtrumque ſolſtitium & occaſum meminit, veriſſimam eſſe comprobauit. Proinde non temerè Nico ſuum Galenum aſtronomiam docuit, quam ad medendi artem neceſſariam eſſe animaduertit, quámq; nobilem ſcientiam, imò, vt Philo loquitur, βασιλίδα τῶν ἐπιστημῶν ſcientiarum reginam, ac Medicinæ prædiſcendam Galenus ipſe eſſeuerat. Quum autem architecturæ potiſſimum incumberet Nico, ipſam artem Galenum ſuum quoque docuiſſe rationi conſentaneum eſt, quam & arithmeticæ, & geometriæ in-
F niti Galenus ipſe ſcripſerit, & architectos in ſecunda prope Mercurium ſede locauerit, rationaléſque eſſe protulerit. Quod etiam innotuit ex comparatione architecti ædificatoribus ſibi inferioribus plurimis imperantis, cum Medico multis quoque ac diuerſis ſibi ſubiectis imperante, quam commentario ſexti Epidemiorum in medium protulit. Ad eam Architecturam intelli-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 104 sur 151

intelligimus, quam Vitruuius ſcientiam definit pluribus diſciplinis & variis eruditionibus ornatam ac concomitatam, cuius participes ſoli ſunt geometræ, muſici, arithmetici, philoſophi, hiſtorici, Iuriſconſulti*, ac Medici.

CAPVT VII.

Galenum plurimas ac diuerſas linguas, accuratiùs Ionicam & Atticam, parciùs Doricam & Aeolicam noniſſe.

SApienter Philo, εἰ μέντοι τις ἀνὴρ πλείους ἀναμάθοι διαλέκτους, εὐδοκιμὸς εὐθὺς παρὰ τοῖς ἐπισταμένοις ἐστίν. *Equidem ſiquis vir plures linguas didicerit, quamprimum peritus admirandus eſt.* Hinc δίγλωττος veteribus *qui duas callebat linguas*, miraculum videbatur. Admiremur itaque Galenum qui plurimarum linguarum cognitionem adeptus eſt; primùm autem accuratiùs Ionicæ ac Atticæ, parciùs verò Doricæ & Æolicæ. Quod autem Ionicam linguam abundè calluerit Galenus, tum quæ de Ionicis dialectis, prout pollicitus eſt commentaria edidit; tum doctrina Hippocratica Ionicè tradita & ab eo exculta, & quæ exoletorum Hippocratis vocabulorum exegeſis poſteris ſacrata eſt, luculentam fidem faciunt. At communem dialectum ſiue linguam ſibi propriam elegit Galenus, ac ſeruare ſtuduit, neque in eius leges quicquam committere, neque patrare; háncq; Atticorum vnã eſſe profert, Attica forſan perfectiorem, quòd Athenienſium lingua multas induerit mutationes, multúmque Galeni tẽpore à proprietate deciderit. An verò Romanam linguam agnouit Galenus? Per Romanam linguam interdum latinam, interdũ Italicam vulgarem intelligimus. At vtramq; nouiſſe Galenum ſua monent monumenta, in quibus primùm multæ compoſitorum medicamẽtorum ſpecies comperiuntur, quas ex latino ſermone in Græcum trãſlatas edidit, è Largo, Antonio Muſa, aliiſque Romanis Medicis depromptas. Deinde verò quum Romæ multos annos commoratus ſit Galenus, Medicorúmq Romanorum conſuetudine, & conſultationibus vſus, & plurimos inſignes viros latinitatis nectare præditos ægrotãtes curandos ſuſceperit, rationi cõſentaneum eſt ipſum tum latinè, tum Italicè aut vtroque ſermone loquutum fuiſſe, imò pleriſq; in Galenicis contextibus quædam cõperiuntur vocabula quæ latina Græcè comperta ſunt. Quidam tamen obiiciunt Galenum latinas dialectos ignoraſſe, tum, quòd ipſe Romam iam ætate prouectior acceſſiſſet, illicque lucubrandi & medendi muneribus addictus tantopere fuiſſet, vt latinæ loquutioni animum intẽdere ipſi tempus non conceſſerit; tùm quòd nihil ad hoc opus Grammaticum obeundum noſtrum Archiatrum impuliſſet, quia perpauca aut nulla philoſophica ac medica commentaria latinè conſtructa aderãt, quę ex Gręcorum operibus non fuiſſent excerpta, cæteras verò linguas barbaras æſtimabat Galenus, ſoláſque Græcas colebat. Reſpondemus haſce rationes irritas eſſe, neque tantum virum tanto ingenio exornatum, tanto diſcendi ſtudio raptum, tam fœcunda ac fauſta memoria donatum, Romanæ linguæ aut etiam aliarum imperitia conuincere. Perſicam præterea linguã & Æthiopicam ſe didiciſſe diuulgat Galenus, qui Perſicam Æthiopica meliorem eſſe iudicium tulit. Cæterùm diuerſarũ linguarum cognitionem quatuor conſequuntur ἡ φιλία, κοινωνία, συνήθεια, καὶ διδασκαλία. Non itaque mirum eſt, ſi quamplurimos Romæ, aliiſque in regionibus amicos ſibi conciliarit Galenus; ſi cum viris virtute, authoritate, ac diuitiis locupletioribus ſocietatem ac conſuetudinem τῷ ὁμοιογλώσσῳ inierit; ſi tantam ſcientiarum ac doctrinę vbertatem accumulauerit. Verùm Gręcam ſibi vernaculam ac natalitiam linguam cæteris omnibus prætulit, à patre (quem doctorem ac pædagogum Græcum fuiſſe publicat) comparatam, ac cæteras propè omnes potiſſimúmque Septẽtrionalium barbaras appellauit, & brutorum linguis comparauit, quòd aliæ porcorum, aliæ ranarum, alię graculorum, vel coruorum linguas repræſentent, quas propterea rudes ac inhumanas vocitat, Gręcam verò omnium iucundiſſimam, humaniſſimam, & ornatiſſimam, cuius vocabulis ſenſus maximè explicatur, mens alterius percipitur, ac ſcientiæ omnes facillimè diſcuntur, ac edocentur. Notant Biographi Galenum tanta linguæ puritate excelluiſſe, vt nunquam barbariſmum, vel ſolœciſmum, vel minùs benè, vel propriè dictum cuiquam obiecerit, aut ſcripſerit; proindéque ſe rerum ac verborum ſtudioſiſſimum fuiſſe paſſim prodiderit.

CAPVT VIII.

Galeni philoſophica ſeu ſecunda inſtitutio.

GALENVM ſuorum ſtudiorum teſtem locupletiſſimum quicunque vel philoſophiam; vel Medicinam, vel vtramque conſequi deſiderant, hiſce verbis ita eloquentẽ percipiant. *Vt aliquis philoſophiæ ac Medicinæ ſpeculationes probè ediſcat, ipſum duo ſortiri neceſſe eſt.* Primum εἶναι χρὴ τοῦτον ἀγχίνουν τε ἅμα καὶ μνήμονα, καὶ φιλόπονον *eum ingenioſum & memorẽ, & laborioſum eſſe oportet;* ἔπι δὲ πρὸς τούτοις εὐτυχηκότα τοιαύτην εὐτυχίαν, οἵαν ἡμεῖς εὐτυχήσαμεν ὑπὸ πατρὶ παιδευθέντες, ὃς ἀριθμητικῆς τε καὶ λογιστικῆς, καὶ γραμματικῆς θεωρίας ἐπιστήμονας ἡμᾶς, *alterum eandem ſortitum felicitatem, quæ nobis obtigit, qui ſub patre docti, arithmetica, geometria, grammaticáque ſumus inſtituti; in hiſque humanioribus diſciplinis aduſque decimumquintum ætatis annum enutriti, ad dialecticam tandem ab illo contemplationem, vt ſoli deinceps philoſophiæ vacaremus, perducti ſumus.* Cur autem diſſerendi artem Galenus ante cæteras ſublimiores philoſophiæ partes Ethicam, Phyſicam & Metaphyſicam ſtudio proſequutus eſt? Primùm vt præſidia & propugnacula aduerſus ſophiſticas fallacias ſibi compararet. Philo Logicam τῷ φραγμῷ καὶ περιβόλῳ *agri ſepi & maceriæ* comparabat. Quemadmodum enim maceria fructus agri, ſtirpéſque conſeruat, & ab incidentium incurſionibus tuetur: Ita logica tutiſſimum eſt cæterarum philoſophiæ partium præſidium. Deinde quò acutiori animo donatus ſolidis ac certis veritatis ſermonibus ad altiora clariſſimus promoueretur. *Quemadmodum*, inquit, *nemo Olympia vincere poteſt, niſi priùs multo tempore ſit exercitatus: ſic in veritatis ſermonibus nemo clarus euadet, niſi etiam horum luctas logicas didicerit.* Qui nanque logicam ſcientiam ignorantes naturali priùs ſpeculationi, quàm logicæ incumbunt, eos & in fallaces hominum argumentationes ac ſophiſmata periculoſè lapſuros de euidentibus tanquam ſenſu ac iudicio ſpoliatos differere Medicinæ coryphæus profert; imò quum Athenæum erroris damnat, & alios cum Athenæo in errorem labi prohibet, morborum dignotioni & curationi obfuturos, teſtatur Deos citra opem logicæ diſciplinæ accuratum aliquod decretum conſtituere poſſe neminem. Hoc autem ratiocinandi organo armatus Galenus tantopere claruit, vt coæuis ſuis præſtantioribus Medicis, qui eo præſidio deſtituti, neque probè definire, neque diuidere, aut diſtinguere nouerant, ac proinde in ſophiſmatum, ac errorum ſcyllam & carybdim irruebant præcipites, palmam prærriperet. At ex logicis operibus quæ quamplurima libro de libris propriis ſe conſcripſiſſe ipſe refert Galenus, & quorum quædam quo tempore pacis templum conflagrauit, perierunt, quædam verò aduerſa

ſorte, aut temporis iniurijs, ſapientum damno poſteris
erepta ad nos non peruenerunt, eorum de demonſtra-
tione quindecim iactura digna lacrymis facta eſt, quæ
plerique Græci Ariſtotelis interpretes qualis Philopo-
nus, & Arabes multi vt Meſueus & Auerroës maximis
laudibus euehunt. Quod autem decreuit ac ſtatuit bo-
norum omnium author ab omnibus habitus Hippocra-
tes, id Galenus pro aris fociſque tuetur. Ille ille Medi-
cum philoſophum aut ſapientem Deo æqualem, & quæ
ad ſapientiam requiruntur, ea in medendi arte eſſe vni-
uerſa, eandémq; viam tum ad ſapientiam, tum ad Me-
dicinam ſtudioſè conterendam eſſe protulit. Eam au-
tem viam philoſophiam intelligimus, quam diuinorum
bonorum maximum, omniúmq; artium parentem Per-
gamenus præceptor appellauit; hac iter Elyſium Me-
dicum Galeno & omnibus philiatris. Nam quod de re-
gibus vulgò dicebatur, aut *Reges philoſophentur, aut phi-
loſophi imperent*, id de medendi artificibus proferimus,
aut Medici philoſophentur, aut philoſophi Medicinam
exerceant. Verùm quamplurimas oppoſitis dogmatis
inter ſe digladiantes ſectas cõtemplamur, quæ ſtudioſo
noſtro Philoſophiæ candidato ſectandæ quamprimùm
occurſant. Ac primùm generales quatuor ſeſe profe-
runt, Stoica, Sceptica, Eriſtica, & Mixta. Stoica cæteris
ſtabilior quibuſdam firmis ratiſq; fulta dogmatis quæ-
dam conſtanter concedebat, quædam impugnabat ac
propellebat. Sceptica ſeu Pyrrhonia de omnibus inqui-
rit, ac de ſingulis dubitat, neque quicquam definit, de-
cernitue, proindéq; res ex æquo indifferentes, ſuſpen-
ſas, ac indeterminatas relinquit. Eriſtice ſeu contentioſa
ſophiſmatis in concertationibus eſſe ſolet. Mixta deni-
que quibuſdam in decretis collocata eſt, ac de multis
dubitat, neque vt ea approbet, diſſerit. Deinde verò ad
has aut illas propiùs, aut remotiùs accedunt aliæ multæ,
Academica, Peripatetica, Epicurea, Cyrenaïca, Ery-
triaca, Eclectica, & quæ duo prima omnium Philoſo-
phiæ genera prædicantur Ionicum & Italicum. At quę-
nam eſt omnium præſtantiſſima, quam Galenus ſecta-
turus eſt? Reſpondet præceptor in Philoſophia quem-
que ſectam ſibi aliquam eligere Platonicam, Peripate-
ticam aut Stoicam, aut Epicuream; & pleroſque eam
profiteri in qua fuerunt à pueris enutriti, maximè verò
quum iam aliam vitæ formam quam ſequātur, habeant
nullam. Ille verò non in ſola Philoſophia conſeneſcere,
ſed & in ſapientia & Medicina commorari, ac commori
imò viuere ſibi proponebat, propterea vt ſcientiarum
omnium auidus, opinionum ac dogmatum æquiſſimus
& ſapientiſſimus arbiter euaderet, *nullius addictus iurare
in verba magiſtri*, ſectas quidem omnes adhortante pa-
tre ſcriptis aut præceptoribus percepit, & quęcunque in
iis meliora, & rationi magis conſona condiebantur, ani-
mo amplexatus eſt, adeout veluti Eclecticus Philoſo-
phus habeatur. Sectas autem omnes Galenum nouiſſe
produ̅t ſacratæ poſteritati eius lucubrationes. Primùm
enim adoleſcẽs Stoicam dogmaticámve Philoſophiam
ſtudio ſectatus eſt, eámque in primis tum ex Chryſippi
operibus, tum communicatis ſibi cuiuſdam diſcipuli
Philopatoris præceptis, parentis conſilio deprompſit,
idque triplici ratione peractum eſt. Primùm quòd Stoi-
ca Philoſophia certis quibuſdam firmíſque dogmatis
niteretur, quibus conſtanter propoſita quæque ſibi con-
ſona concedebat, diſſona verò improbabat, proindé-
que mentem adoleſcentis nullis adhuc philoſophiæ do-
tibus, aut præceptis imbutam huc illuc oberrare non
ſineret. Deinde quò magis ac magis candidati animus
acueretur, quòd ea ſecta validis argutíſque argumen-
tis ac rationibus ſua dogmata tueatur, ac contentioſam
ſectam aut æmuletur, aut inuehere ſtudeat, etſi minùs
accuratè in dialecticis Stoici, quàm Peripatetici verſa-

A bantur. Qui namque optima, & perfectiſſima ſibi pro-
ponunt, ad ea enitendo & aſpirando ſi minus finem
propoſiti ſui, medium certè aut propiorem fini locum,
plerumque aſſequuntur. Poſtremò quò animi impetus
ac perturbationes coërcerentur, vagæque cupiditates,
quibus adoleſcentia ab optimo ac feliciſſimo vitæ ſtatu
plerumque deturbatur, emendarentur, actiones com-
moderarentur, qui hominem diuinum doceant, mores
formarentur, ac perpetuus virtutis amor inflammare-
tur, perennique exercitatione foueretur. Scio impro-
bari Stoicos qui requirant ἀπάθειαν, quæ tamen, quò
eius ſtudio ad μετριοπάθειαν perueniamus, præcipienda
fuerit. Hæc autem in philoſophia tantopere præcel-
B luit, vt quamprimum adoleſcens de ea ſecta, eiúſque
dogmatis tredecim ampliſſimos libros compoſuerit,
quibus quicquid in philoſophia Stoica verum, vtile, ac
honeſtum didicit, id commendat, probátque; quicquid
verò inutile, & rationi diſſentaneum, contentioſum, ac
inutile, improbat, validíſque rationibus euincit. Nam
quum multa, ea in philoſophia paradoxa tum ſenſum,
tum rationem fugientia ſophiſticis quibuſdam conten-
tionibus debiliùs propugnata, litigioſéque inuecta ani-
maduertiſſet, philoſophiam ipſam contentioſam, Stoi-
cóſque in rebus vtilibus inexercitatiſſimos, in inutili-
bus exercitatos, libris de Hippocratis & Platonis de-
C cretis vocitauit. Deinde verò Platonicam didicit co-
luítque doctrinam, Platonémque omnium Philoſo-
phorum eminentiſſimum, ac diuinum Philoſophum
appellitat, cuius authoritatem ſummam agnouit, tan-
tíque facit, vt eum cum Hippocrate, medicorúmque
omnium placitis præ cæteris conſentire priuatim di-
cato rei huic volumine liquidò oſtenderit. Quòd au-
tem Academicam Platonicámque Philoſophiam ani-
mo conceperit, ac etiam illuſtrauerit, teſtantur tria ac
triginta volumina quę ad Platonicam hanc diſciplinam
ſpectantia poſteris reliquit, quorum quædam temporis
iniuria perierunt. Vt autem huic Academicæ Philoſo-
phiæ incumberet, Caium præceptorem habuit Plato-
D nicæ diſciplinæ profeſſorem, quum is à ciuibus ſuis ad
Rempublicam minùs traheretur, optimum ſanè virum,
manſuetum, & aditu facilem, quíque Pergami ſolus
ferè iuſti, & pecuniis inuicti exiſtimationem ſuſtine-
ret. At licet Platonem maximis encomiis euehat Ga-
lenus, eiúſque doctrinam amplexus ſit, quibuſdam ta-
men in operibus erroris ac negligentiæ diuinum Pla-
tonem arguit, maximè verò quum reſpirationem &
perſpirationem ipſum confundere; quum calorem na-
tiuum prauè ignem appellare; quum vnguium vſum
malè munimentum eſſe; quum aëris exuperantia fe-
bres quotidianas; ex aquæ verò tertianas, ex ignis,
E continuas oboriri & conſimilia dogmata erronea edi-
diſſe protulit. Præterea apud Galenum legimus Ariſto-
telem ſolum veritatis oſtenſorem vocari; eiúſq; ſcripta
phyſiologię Hippocratis eſſe commentarios, ipſúmque
Ariſtotelem tum Hippocratis, tum Platonis germanum
eſſe interpretem. Quare quamprimum Nico curauit
filium ſuum Peripateticam Philoſophiam ediſcere, cui
quò faciliùs incumberet, ciuem quendam Pergame-
num Aſpaſij Peripatetici diſcipulum accerſiuit, qui
poſt longam peregrinationem domum redierat non mi-
nùs in Ariſtotelica diſciplina, quàm in morum probi-
tate verſatus. Galenus huic diſciplinæ Ariſtotelicæ ſic
F animum adhibuit, vt viginti nouem commentarios in
Ariſtotelis libros conſcripſerit, quos ipſe in tractatu de
libris propriis recenſet. Veruntamen Galenus in Ari-
ſtotelica philoſophia tantopere præualuit, vt Ariſtote-
lem præceptorem multis in dogmatis cæcutire notet.
Primùm quòd triplicem facultatem naturalem, vita-
lem, & animalem in corde ſitum habere conſtituerit;
quòd

quòd vaſorum ſpermaticorum coniunctionem in mulieribus ignorauerit; quòd vnde ſomnus fieret non perceperit; quod confusè de neruis & indiſtinctè tractauerit; quòd cor temperamento frigidum poſuerit; quòd cor ſanguinis & venarum, tum neruorum ac motus voluntarij, tum ſenſus principium eſſe duxerit; quòd caloris cordis refrigerandi cauſa cerebrum procreatum eſſe cenſuerit, & quamplurima alia dogmata à rei veritate aliena prodiderit, quæ Galenus doctrinæ acie & rationibus oppugnat & euincit. Age verò Epicuream Philoſophiam quæ ſummum bonum, aut hominis felicitatem in ſola voluptate, vel, vt Plutarchus ſcribit, ἐν τῷ βαθυτάτῳ τῆς ἡσυχίας, ὥσπερ ἐν ἀκλύστῳ λιμένι καὶ κωφῷ τιθέμενος *in altiſſima quiete tanquam in portu ab vndis tuto ac ſilente collocat.* Galenum ſuum haud ignorare contendebat Nico clariſſimus, qui Athenis ad proprios lares, aut ad vrbem ſuam Epicureum quendam Philoſophum tum in Epicurea philoſophia, tum in morum probitate præſtantiſſimum accerſiuit, cuius documentis Galenus Epicuream illam Philoſophiam ita ſibi propriam adoptauit, vt quamprimum quæcunque in ea animaduertit, rei veritati, & rationi analoga laudibus euexerit, contraria verò erronea multis voluminibus improbauerit. Octo namque commemorat volumina ſeſe cōſcripſiſſe, quæ ad Epicuream Philoſophiam ſpectabant, aut Epicureorum errores arguebant. Conſtat itaq; Galenum adoleſcentem à Stoicis virtutum ac morum ſtudia, à Platonicis rerum diuinarum cognitionem, à Peripateticis Phyſicam ſpeculationem, & ab Epicureis poſitam in voluptate felicitatē potiſſimū adeptum fuiſſe, quamuis cæteras etiam philoſophiæ partes ab his omnibus, ſed diuerſis docendi modis didicerit. Philo Iudæus Philoſophiam agro, agríque φραγμῷ *ſepimento*; Logicam, τοῖς δένδροις *arboribus* Phiſyologiam, καρποῖς δὲ *fructibus*, Ethicam comparabat. Quis autem huius agri cultorē Galenum beatiſſimis Moralis Philoſophiæ fructibus locupletatum non admirabitur, qui tot Ethices authores legit, tot præceptores audiuit, tot Ethica præcepta condidit, tot ampliſſimos Moralis Philoſophiæ commentarios in lucem edidit? Quatuor enim & triginta libros ad Moralem Philoſophiam ſpectātes ab eo conſtructos numerauimus. Phyſicam deniq; Galenum didiciſſe nemo negabit Medicus qui tantillum tēporis Galeni volumina euoluerit, quibus Phyſicam exordium aditúmq; Medicinæ, & Phyſicam priùs quàm Medendi artem addiſcendam eſſe ipſe præceptor edocet, qui, niſi priùs naturalia innoteſcant, quæ præter naturā ſunt haud innoteſcere profitetur, qui Phyſicam Medicinæ, & Medico neceſſariam eſſe publicauit; qui huic diſciplinæ ſe operā nauaſſe loquitur; quòd huius penuria artificioſum aliquod opus inueniri nequeat. Quas ob res Galenum Pergamenum Logicum, Ethicum, Phyſicum, imò vniuerſæ Philoſophiæ ἀφροδίτην καὶ λύραν præterea ἰατρὸν φιλόσοφον ac proinde ἰσόθεον, eſſe concludimus.

CAPVT IX.

Galeni tertia inſtitutio in artem Medicam.

QVatuor Galenum ad medendi artem promouerunt, diuinum numen, paternum imperium, Medicinæ nobilitas, & rerum ad Medicinam conſequendam neceſſariarum concurſus. Primùm enim diuinum numen eſt, quod ſomnium, diuinitus ac cælitus miſſum, Niconem adhortatus eſt, vt filium eius ad Medicinam deduceret. Atque huiuſce rei fidem faciunt quæ ab eius eloquentia verba profluunt. Εἶτ᾽ ἐξ ὀνειράτων ἐναργῶν προτραπεὶς, ἑπτακαιδέκατον ἔτος ἄγοντα, καὶ τὴν ἰατρικὴν ἐποίησεν ἐμὲ ἀσκεῖν ἅμα τῇ φιλοσοφίᾳ. ἀλλὰ καὶ τοιαύτην ἐγὼ τὴν εὐτυχίαν εὐτυχήσας, ἐκμανθάνων τε καὶ θᾶττον ἁπάντων τῶν ἄλλων, ὅ, τι περ ἂν ἐδιδασκόμην, εἰ μὴ τὸν ὅλον μου βίον εἰς τὴν τῶν ἐν ἰατρικῇ τε καὶ φιλοσοφίᾳ θεωρημάτων ἄσκησιν καθεστήκειν οὐδὲν ἂν ἔγνων μέγα. *Annum poſtea decimum ſeptimum agentem claris ſomniis monitus pater me mouit vt medicinam ſimul cum philoſophia ediſcerem, At etiam talem ego felicitatem ſortitus, quòd celeriùs cæteris omnibus quæcunque docebar ediſcerem, niſi tamen per vniuerſam meam vitam in illis tum medicinæ, tum philoſophiæ theorematis me exercuiſſem, nihil magnum ardúumque nouiſſem.* Deinde verò in eo paternum imperium deprehenditur, vbi Galeno denunciauit pater ſomnium, quo cælitùs miſſo filium ad artem medendi duci imperabatur. Parentes hercle magna ſunt numina prudentibus, quibus tam proſpera incidunt imperia. Ad hæc quę verè bona, quę pulchra, quæ nobilia, diuina, & neceſſaria ſunt, à prudentibus per ſe expetuntur, indagantur, comparantur. Medicinam autem omnium artium ἐπιφανεστάτην nobiliſſimam ſapientia excultam eſſe tradit Medicorum ſapientiſſimus Hippocrates; omnium ſcientiarum ἀρίστην præſtantiſſimam, neceſſariam, diuinam ab Æſculapio ad hominum ſalutem, & ad vſum vitæ inuentam agnouit, & publicauit Galenus, à Deo denique potentiſſimo procreatam diuulgat Eccleſiaſtes; cur itaque Galenus adoleſcens, omnibus philoſophiæ dotibus adornatus, ſapientięque igniculis inflammatus Medicinam ſapientiæ amicam & ſororē ſtudio non proſequeretur? Poſtremo denique philiatro cuique vt Medicinam conſequatur tria in ipſum concurrant neceſſe eſt, idonea natura, puerilis inſtitutio, & perpetuum ſtudium. Quæ tria in Galeno comperta eſſe tum ipſe fatetur, tum eius monumenta ampliſſimè declarant; pleriſque tamen Medicinam profitentibus omnino denegata, quemadmodum hiſce verbis ipſe teſtatur. Μηδὲν τοίνυν μηδὲ τοῦτο θαῦμα· διότι πολὺ πλῆθος ἀνθρώπων, ἀσκούντων ἰατρικήν τε καὶ φιλοσοφίαν, ἐν οὐδετέρᾳ κατορθοῦσιν· ἢ γὰρ οὐκ ἔφυσαν καλῶς, ἢ οὐκ ἐπαιδεύθησαν ὡς προσῆκεν, ἢ οὐ κατέμειναν ἐν ταῖς ἀσκήσεσιν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις ἀπετράποντο. *At id minime mirum eſt cur magna hominum tum Medicinam, tum philoſophiam profitentium multitudo in earum neutra rectè ac feliciter proficiant; Aut enim non idoneam naturam ſortiti ſunt, aut non vt decebat ſunt inſtituti, aut non in exercitationibus remanſerunt, aut ad ciuilia negotia digreſſi ſunt.* Cum his autem tribus quartum etiam concurrere neceſſe eſt, facultatum ſuppeditationem, quarum penuria philoſophari, ſapere, ac mederi nemo poteſt. At Galenus ſibi omnia ad vitæ vſum neceſſaria à parente Nicone ſuppeditata fuiſſe multoties paternorum beneficiorum memor teſtatur, ſuáſque facultates hiſce ſententiis ſatis commemorat. Τοῦτον γὰρ ἐτίθετο πρῶτον ὅρον ἐκείνων κτημάτων, ὡς μὴ πεινῆν, μὴ ῥιγοῦν, μὴ διψῆν· εἰ δὲ πλείω τις εἰς ταῦτα χρεία εἴη, καὶ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις ἔφη χρηστέον αὐτοῖς. Ἐμοὶ τοίνυν ἄχρι δεῦρο τοσαύτη χρημάτων χρῆσίς ἐστιν, ὡς καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας πράξεις ἐξαρκεῖν. *Hunc primum illarum quæ poſſidentur diuitiarum finem pater ſtatuebat, non eſurire, non algere, non ſitim perpeti; quòd ſicui plura, quàm horum vſus poſtulat, fuerint, iis ſanè vtatur ad res honeſtas agendas. Mihi autem adhuc tantus pecuniarum ſupereſt vſus, vt eæ etiam ad eiuſmodi probas actiones ſuppetant.* Galenum tanquam ſtrenuum Argonautam ſpeculamini, qui quò Medendi arte illuſtraretur, ipſámque Medicinam Medicorum Coryphæus ac princeps illuſtraret, libros omnes veterum & coæuorum Medicorum ſtudioſè reuoluit, præceptores quamplurimos audiuit; varias ſcholas adiuit; ſingulas Medicorum ſectas ſcrutatus eſt; multas regiones peragrauit, mentem ſpeculationi, oculos & manus operibus adhibuit, adeo vt quod aureum vellus conquiſiuit, ampliſſimè ſit adeptus. Quos itaque apud Xenophon-

tem commendat Socrates, profuturóſq; auguratur theſauros ſapientum priſcorum, quos ipſi literis mandatos reliquerunt, euoluit Galenus, & quæcunque Medica & Philoſophica mens concepit, aut comperit, inde hæc exhauſit vniuerſa. Sed quos & quot authores, & quæ authorum opera Galenus reuoluit? Multa hercle ac propè innumera vix ſub fidem prolabentia, quorum quædam in medium proferam vnde phyſiologica, pathologica, ſemeiotica, hygieina, therapeutica, diætetica, chirurgica pharmaceutica, & alia deprompſit. Prodeant itaque omnium authorum illuſtriſſimi quos in ſuis ac patriæ, Pergami, Alexandriæ, Romæ, cæteriſque inſignibus bibliothecis comperit Galenus, Hippocrates omnium tum priſcorum tum ſuccedentium Medico- B rum Princeps & Hippocratis interpretes quamplurimi; Acron Agrigentinus auctor Sectæ Empiricæ; Andromachus Neronis Medicus memoria digniſſimus; Antigonus inſignis Medicus; Antipater Methodicæ Sectæ auctor; Antonius Muſa; Archigenes Apanæus Syrius Methodicæ ſectæ author exercitatiſſimus; Eraſiſtratus Chius auctor ſectæ Rationalis par dictus Hippocrati; Eudemus qui reſtaurauit Anatomen, & Herophilus poſt Hippocratem inſignis; Chryſippus proauus ſectæ Archigenis; Herophilus Chalcedonius auctor ſectæ Rationalis; Philinus Cous auctor ſectæ Empiricæ; Philotimus Medicus grauiſſimus; Euriphon antiquus ſcriptor C anatomiæ, cui Cnidiæ ſententiæ aſcriptæ ſunt; Heraclides Erytræus interpres ſexti Epidemiorum; Heraclides & Zeuſis qui omnia Hippocratis opera commentati ſunt; Leonides Alexandrinus Methodicæ ſectæ princeps; Menemachus Aphrodiſieus Methodicæ ſectæ auctor; Menodotus Empiricæ ſectæ auctor in libris ſuis longiſſimus; Metrodorus Hippocratis interpres; Mnaſias Methodicæ ſectæ auctor; Mneſitheus Athenienſis auctor ſectæ Rationalis; Athenæus Pneumaticæ ſectæ auctor; Theſſalus filius Hippocratis; Polybus diſcipulus Hippocratis; Praxagoras Cous Princeps ſectæ Rationalis, eiuſque diſcipulus Herophilus; Proclus Me- D thodicæ ſectæ author; Serapio ex primis Empiricis vnus; Soranus Epheſius in Methodica ſecta Princeps; Themiſon Laodiceus Syrius Methodicæ ſectæ auctor; Alexander Philalethes, eiuſq; diſcipulus Ariſtoxenus; Bacchius antiquus Empiricus; Carterus inſignis Medicus pharmaceuticus; Demetrius Bithynus in theriaca primarius; Eraſiſtratus Sicyonius; Heraclianus nouus ſcriptor anatomes; Lycus interpres Hippocratis nouus ſcriptor anatomes; Sextus Empiricus; Helius Hallus qui antidoto Cæſarem liberauit, Ælius Gallus; Antiochus; Baſilius; Caius Neapolitanus; Charicles; Cornelius; Epagathus Delicius; Euclides Palatianus; Nicode- E mus Romæ Medicus; Olympiacus Mileſius Methodicę ſectæ auctor; Pamphilus; Philiſtonicus antiquus Medicus; Harpocras; Herodotus; Lecanius Areus; Lyſias; Marcus Talentius Aſclepiades; Menecrates qui ante Andromachū extitit; Moſchio; Nicoſtratus; Paſicrates; Diocles; Theophanus, Teutas; Xenocrates; Ælius Talius; Antigenes; Antonius Epicureus; Apollonius diſcipulus Hippocratis Abderitanus Apollonius Empiricus, Arathus Athenienſis Aſclepiades Arius; Breuitus; Charixenes; Euergetes Ptolomæus; Herax Cappadox; Magnus Tarſenſis; Meneſteus; Nileus, Paccius Antiochus; Philiſtion vnus ex primis Empiricis; Philiſtonicus graui- F ſſimus; Poſſidonius; Talentius Marcus Aſclepiades; Tryphon Gortyniates, Æſopus Mantica; Agalhonius, Alcetius; Antiochus Iſidorus; Apollonius Claudius; Biennius; Chryſippus; Epigonus, Eugenius; Herophilus grauiſſimus, Ligorius; Marcus Gallus Aſclepiadæus; Muſa; Philonides Siculus, Prodicus, Telamon; Theſſalus Trallianus; Theophilus; Theophraſtus; Scribonius

A Largus, Menœtus; Menelaus; Maſſiliota Demoſthenes; Eunomus Aſclepiades; Agathius, Agrippa Iulius; Antylus, Apollodorus; Apollonius Tarſeus; Heraclides Tarentinus; Hipparchus Hygienus; Macherio; Acrito; Agargeus; Agathocles; Anithao; Betinus; Cteſiphon; Ciclas Apollonius; Largus; Meliton, Ælianus; Pelops, & Lycus, quorum diſſectio muſculorum in pretio habita eſt; Æſcrion Empiricus; Alcimion; Amatho; Amoro; Andronicus; Baſſus; Hieras Thebanus, Hipparchus; Arathus Athenienſis; Melitus; Mnemon; Archelaus; Denique cæteri longè plurimi, quorum opera tum Medica, tū Philoſophica ſtudioſè perlegit Galenus, adeout tum librorum, tum Bibliothecarum vorax ſeu biblio- B phagos appellari iure poſſit. Licet verò librorum coëmptionem comparationémque Galenus inter res egregias numeret; attamen eum non latuit libros neq; vniuerſa complecti, neque ſi deſint qui accuratè eos explicent, facilè intelligi, neque ad diſcendum præceptoribus eſſe meliores; neque idem à libro, & à viua voce condiſci. Quare tum paterno conſilio, cui nunquam reluctabatur, tum natiua, aut cælitùs conceſſa genij prouidentia præceptores Empiricos, Dogmaticos, & Rationales cōquiſiuit. Primùm enim annum ætatis agens decimum nonum, quendam Athenæi ſectatorem ſortitus eſt, à quo de Elementis ſcientiam ediſcere, ac ſenten- C tiam audire deſiderabat, cuius quum in Logica ſpeculatione imperitiam agnouiſſet, & pugnātes inter ſe Athenæi ſententias non dilueret, ad alios eruditiores conuolauit. Hîc notandum eſt Galenum primum hunc præceptorem ob imperitiam non nominaſſe, ne nominis prolatione in perpetuam ignorantiæ labem ipſum deturbaret. Itaque Satyrus Quinti Medici magni nominis diſcipulus, rei anatomicæ peritiſſimus primus Galeni præceptor extitit, quemadmodum ipſe multis in commentariis præclarè commemorat, ad quem Pergami quarto iam anno cum Coſtunio Rufino, qui Diui Æſculapij templum extruxerat, degentem acceſſit, anatomen reliquáſque Medicinæ partes ab eo percepturus. D Secundus verò præceptor Pelops qui Smyrnæ docebat, diſcipulus celeberrimus Quinti (qui ea ætate ſecundum habuit neminem) hic Pelops in anatomicis præclarus habebatur, etiam in reliquis Medicinæ partibus, quemadmodum multoties eloquitur Galenus. Tertius Numiſianus, qui Corinthi docebat, auditor quoque Quinti celeberrimus. At quæ de Pelope ac Numiſiano verba profert Galenus, abundè demonſtrant eos pręceptores Hippocraticæ doctrinæ, proindéque Medicinæ Rationalis fuiſſe peritiſſimos. *Vtinam*, inquit, *Pelopis mei præceptoris & Numiſiani (pauca enim illorum monumenta ab interitu ſalua manent) & præterea Sabini, Ruſique* E *Epheſij in Hippocratem interpretationes omnes haberentur.* Alios præterea Medicos præceptores agnouit Galenus Fecianum Quinti quoque diſcipulum, & Satyri condiſcipulum; Stratonicum Sabini Hippocratici auditorem; Albinum Platonicum; Lucium cuius in medicamenti compoſitione ad fracturas ipſe meminit, & quos Romę cæteros libello de theriacæ vſu enunciat. Hic autē apud Græcos & Aſiaticos etiam apud Romanos multis in vrbibus Medicinæ cultura ac propagatio ex variis locis ad quæ Galenus edocendus appulit, notanda eſt. Nam Smyrnæ ſub Pelope, Corinthi ſub Numiſiano, Pergami ſub Stratonico, Alexandriæ ſub quibuſdam Quinti F diſcipulis medicinæ operam nauauit. Strabo ſcriptis prodidit ſua tēpeſtate inter Laodiceam & Carura fuiſſe ſcholam Medicinæ Herophileæ, quemadmodum parentum ſuorum temporibus Smyrnæ Eraſiſtrateæ ea ſchola fuit præſide Niceſio. Licet verò Archiatros noſter amicos præceptores habuerit, amiciorem tamen perpetuò coluit rei veritatem, proindéque quum quis

paradoxum

paradoxum aut diſſonũ rationi aliquod dogma aſtrueret, aut proponeret, quamprimum data occaſione Galenus non præceptori, ſed eius doctrinæ reluctabatur, eámque validiſſimis rationibus deſtruebat. Pelops Hippocratis interpres rei anatomicæ peritiſſimus à Galeno decantatur, præceptorque à diſcipulo elogiis effertur; ſed is quum cerebrum vaſorum omnium originem aſtruere niteretur, huic reluctatus eſt Galenus qui cor arteriarum, hepar venarum, ac neruorum duntaxat cerebrum initium eſſe demonſtrauit. Stratonicus autem Phyſicus marem à muliere venis & arteriis differre duxit, ſed eum præceptorem arguit anatomes imperitia, & vtrumque maſculum ac fœminam non modo venarum & arteriarum numero, diſtributione, ſitu, verùm etiam forma conſimili prǽditum eſſe demonſtrat. Quintus ille celeberrimus Medicus præceptorum Galeni præceptor arguitur à Galeno, quòd Hippocratis minimè ſententias intellexerit, quòd gymnaſtę interroganti quanam facultate præpolleret vnctio, veſtis ſubmouendæ, reſponderit; quòd vrinarum cognitionem ad pictores pertinere, ac conſimilia erronea protulerit; verumtamen à Galeno protegitur, quum Quintum nullũ opus medicum poſteris reliquiſſe, ſed diſcipulos habuiſſe doctiſſimarum eius interpretationum, ac præceptorũ optimorum, aut minimè participes, aut immemores, ſuis operibus paſſim inſeruit. Quum autem triplex Medicorum ſecta Galeni temporibus floruerit, quænam à Galeno celebrior & Medico dignior habita eſt? An Empirica, aut Methodica, an verò Logica? Sectas omnes agnouit Galenus, omnéſque Medico præſtantiſſimo digniſſimas iudicauit, omnes didicit, omnes quibuſcunq; amicis explicauit, de his conſcripſit, imò omnium ſectarum ſeſe peritiſſimum eſſe gloriatur, ſed nullam reliquis neglectis vnicam ſectatus eſt: *vt nullam mentiendi fallendique cauſam haberet*; οὐδὲ γὰρ αἰτίαν ἔχω τοῦ ψεύδεσθαι, καθάπερ οἱ μαθόντες αἵρεσιν μίαν, εἶτα πάντη αὐτοί τε καὶ πάντως, ἔνδοξοι κατ' αὐτὴν γενέσθαι προῃρημένοι, τούτοις γὰρ ἀναγκαῖόν ἐστιν φιλονείκως ἀγωνίζεσθαι περὶ τῆς κατὰ τὴν αἵρεσιν ἀληθείας ἣν μόνην γινώσκουσιν, ὡς αἱ ἐξ ἄλλης ἀγωγῆς λόγων, ἀδυνατοῦσι πορίζεσθαι δόξαν. Ἐγὼ δὲ ἔργῳ διεδειξάμην ἐν ἐπιδείξεσίν τε δημοσίαις, καὶ τοῖς τῶν βουληθέντων ἡντιναοῦν αἵρεσιν ἐκδιδαχθῆναι παρ' ἐμοῦ, μηδενὸς ἧττον, ἵνα μή τι μεῖζον εἴπω, γινώσκων ἁπάσας αὐτάς. *Non enim* (inquit) *mihi mentiendi, aut fallendi cauſa eſt, quemadmodum iis qui vni ſectæ addicti ſibi mox penitus ac omnino clari in ea euadere prius propoſuerunt, iis ſiquidem neceſſarium eſt obnixè de ſectæ veritate contendere, quam vnicam nouerunt, vt qui ex alterius vitæ inſtituti diſputationibus gloriam comparare nequeunt. Ego verò re & priuatim & publicè iis demonſtraui qui quamcumque ſectam à me ediſcere voluerunt quum nemine minus (vt ne quid maius proferam) ipſas vniuerſas agnoſcant.* Οὐ μὴν οὐδὲ λόγων αὐτοσχεδίων ἀπορίᾳ, συναγορεύειν ἑλόμενος αἱρέσει μιᾷ, ῥᾳδίως ἂν ὑπό τινος ἐξηλέγχθην. ἔμαθον γὰρ οὐκ ἐξ ὑπομνημάτων αὐτὰς, ὥς τινες, ἀλλὰ παρὰ τοῖς πρωτεύουσι διδασκάλοις καθ' ἑκάστην αἵρεσιν. οὔτ' οὖν πρὸς Ἐμπειρικούς ἐστί μοί τι μῖσος, ὧν γε τοῖς λόγοις ἐνετράφην, οὔτε πρὸς Δογματικῶν τινας· ὁμοτίμως τε γὰρ ἐσπούδασα τὰ πάντων ἐκμαθεῖν, ἐφοίτησά τε τοῖς ἐνδοξοτάτοις διδασκάλοις καθ' ἑκάστην αἵρεσιν. *Enimuero quamuis tempeſtiuarum rationum penuria vnius ſectæ patrocinium ſuſcipere noluerim, non tamen ab aliquo conuinci toleraui: Non enim ex libris, vt quidam, didici, ſed ex principibus in quaque ſecta præceptoribus. Neque ſanè odiſſe Empiricos; quorum ſermonibus ſum inſtitutus, neque vllos dogmaticos, pari enim ſtudio omnibus dedi operam, verſatúſque ſum cum præſtantiſſimis in vnaquaque ſecta præceptoribus.* Quòd autem in ſectarum omnium Medicarum præceptis ac doctrina præcelluerit Galenus, quamplurima de iis ab

A eo conſcripta volumina fidem faciunt ampliſſimam. Primùm enim nouem ad Aſclepiadem, eiúſq; dogmata ſpectantes libros edidit Galenus; ad Logicam deinde ſectam quamplurimos. Præterea verò contra Empiricos trigintaquatuor, quorum errores validis rationibus detegit ac euincit; ſeptem denique commentarios qui ad Methodicam hæreſin referuntur.

CAPVT X.

Galenum in Iſagogicis opuſculis præſtantiſſimum fuiſſe.

B QVum Medicina ſit ars ampliſſima; nullis propè limitibus circunſcripta (ſi perfectus ſit Medicus τέλειος ἰατρὸς ὁ τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ δυνάμενος διαγινώσκειν, *qui quæ poſſunt dignoſci, & quæ non poſſunt, poteſt dignoſcere*) priuſquam vniuerſa Medicinæ præcepta philiatris integra tradantur, quædam opuſcula, quibus ad artem Medicam ipſi faciliùs introducantur, condenda ac delineanda ſunt, quæ vulgo Iſagogica nuncupantur. Multa herclè huius generis opuſcula condidit Galenus, quorum quædam in ſecundo noſtræ editionis tomo locauimus, quædam verò in cæteris tomis prodita ſunt; quædam demum multiplicia ad interitum celeriùs, quàm ad noſtrum conſpectum peruene-

C runt. Quæ ordine conſcripſimus, & Iſagogicis Hippocratis documentis adornauimus, ea ſunt quibus Sacroſanctum ſummi præceptoris Iuſiurandum præfiguratum eſt; Galeni Pergameni paraphraſtę Menodoti Suaſoria ad artes oratio; liber De optima doctrina; aſcriptus liber, Quod qualitates incorporeæ ſint; Fragmentum ex Simplicio; Fragmentum ex Auerroë à nobis emendatum, ac Græcè traditum; Notæ Galeni in Hippocratem ex Stobæo; libellus De ſophiſmatis penes dictionem; Explicatio linguarum exoletarum Hippocratis, cui Herotiani lexicum adiunximus, & Herodoti onomaſticum quarundã dictionum Hippocratis. Qua-

D tuor deinceps inſeruntur Hippocratis libelli, vnus inſcribitur Lex Hippocratis; alter De Arte; tertius De priſca Medicina; quartus, Præceptiones; quibus explicationis lucem adferunt ſubſequentia Galeni volumina; libellus De conſtitutione artis Medicæ ad Patrophilum; Ars Medica ſeu parua; Aſcriptæ Galeno definitiones Medicæ, quas ex manuſcripto Regio emendauimus, illuſtrauimus, & amplificauimus; liber De artis Medicæ partibus; liber De ſectis ad eos qui introducuntur; liber De optima ſecta ad Thraſybulum; fragmentum De ſubfiguratione Empirica; & productis duobus Hippocratis libellis, altero Medico; altero De

E decenti habitu; finem imponunt duo libri Galeni, alter inſcriptus, Optimum Medicum eundem eſſe & Philoſophum; alter aſcriptus eſt, Introductio ſeu Medicus. Duos prætermittimus libellos qui tomo primo continentur, alterum De libris propriis; alterum De librorum ſuorum ordine. Quod autem his in opuſculis docetur, mente reuoluat Philiatros, primùm iuſiurandum, legem, & præcepta quibus obtemperet, & directas ad medendi artem vias comperiat. His ſuccedente oratione Galenus, ratione homines Deorum ſocietatem inire, brutis præcellere, atque non fortunæ, non corporis, ſed animi bona comparanda edocet; pluri-

F míſque tum ſententiis, tum exemplis ad bonarum artium, potiſſimúmque Medicinæ ſtudia adoleſcentes exhortatur. Deinde verò aduerſus Fauorinum & cæteros qui veritatis iudicium e rerum natura ſuſtulerunt librum De optima doctrina inſcripſit. Quum verò Medicum priùs Philoſophum eſſe deceat, quæ ſit Philoſophi ſcientia, doctrina, ac materia copioſa, conciſis multis rerum propè omnium ac maximè Phyſicarum

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 109 sur 151

ſententiis aperit. In paruo ex Philoponi fragmento quòd Quicquid interitus, non omninò id & ortus expers eſſe neceſſe ſit, & quod Platō ſit eiuſdem ſententiæ. Qualitates incorporeas eſſe, & prauè à Stoicis qualitates & accidentia corpora appellari, aliàs abſurda in primam materiam, ac in Iouem cadere, & corporis definitionem. Ne verò in dictionibus Medicinæ candidati decipiantur, ſophiſmata penes dictionem explicat. Vt autem Ionica Hippocratis oratio percipiatur, difficiliorem eiuſmodi dictionum explanationem adhibuit, vt & Erotianus, & Herodotus. Poſtea verò quum Hippocrates lege Medicinam præſtantiſſimam artem docuit, & ad quam comparandam ſeptem res enumerauit, quas priùs ſortiri oportet, & verum Medicum explicauit; Mox Medicinam artem eſſe, & arti non ſorti curationem tribuendam demonſtrat; ac ſubiungit priſcam Medicinam, qua probat Medicinam exiſtere; vbi de vario victu tum ſanorum, tum ægrorum agit; de cauſis probè ac prauè hominem afficientibus, & morbos propulſantibus; demùm breuiſſimas adfert præceptiones, quibus ad artem Medendi tum adipiſcendam, tum exercendam Medicum inſtruit. Galenus fidus Hippocratis interpres omnes Medicinæ partes ex finis cognitione conſtituit libello quo finem, ſubiectum Medicinæ, & corporis partes ſimilares & organicas & elementa, vnde ipſæ comparantur, edocet, pauca quoque ὑγιεινά, pathologica, diagnoſtica, ſemiotica, therapeutica, & prophylactica. Deinde Medicam artem conſtituit ex corporum, ſignorum, & cauſarum definitione, vbi paucis omnes Medicinæ partes, maximè verò generalem therapeuticen explicat. Sequitur Medicarum definitionum collectio introducendis omnibus perutilis; quod opus breuiſſimas cuiuſque rei Medicæ definitiones complectitur. Galenus varias artis Medicæ partes ex variis authoribus, & à diuerſis rebus petitas adfert. Ne verò ſectarum quas Galenus nactus eſt pugnantibus dogmatis Philiatri aberrarent, ſectas ipſas explicat & numerat tres præcipuas Rationalem, Empiricam, & Methodicam. Ac præſtantiſſimam omnium ſectam libro declarat, vbi agit de præceptis probis, vtilibus ac cuique ſectæ propriis; illic ſectarum omnium principem, ac primarium interpretem ſe prodit Galenus, vbi aduerſus Empiricos & Methodicos præclarè diſputat, eorum errores arguit, ac Rationalem cæteris præfert. Aduerſus Empiricos latinus qui ſupereſt libellus obtruncatus nonnulla duntaxat, quæ in Empiricos Galenus narrauit, explicat. Ὑποτύπωσις Ἐμπειρικὴ Empiricam ſectam, eiúſque doctrinam, experientiam, rei ſimilis ad ſimile tranſitum, & ſymptomatum concurſus & hiſtoriam complectitur. Vbi verò ars Medica explicata eſt, Hippocrates deinceps Medicum idoneo tum corporis, tum animi cultu illuſtrat; Medicam officinam Medico, luce, inſtrumentis, medicamentis, operationibus, cucurbitularum admotione, ſcarificatione, phlebotomia, telorum extractione, vlceribus & tuberculis curandis extruit; Deinde Medicum inſtruit de iis omnibus quæ illi apud ægros obſeruanda ſunt, vt doctus, prudens, ac peruigil habeatur. Nequis verò philoſophiæ præceptis haud imbutus ad Medicinam profanus accedat, docet primùm Galenus Medicum eundem & philoſophum eſſe; deinde Philoſophum Philiatrum in Medicinam introducit libello pulcherrimo, in quo inuentio Medicinæ, principia, ſectæ, ſectarum principes diuulgantur; quid Medicina, an ars an ſcientia, Medicinæ partes; hominis elementa, partium corporis nomina ac anatome, oſteologia, humores, facultates, morbi, morborum cauſæ, curationes, purgationum compoſitiones, curationum diuiſiones, interiores & exteriores oculorum, capitis, & cutis affectus, chirurgia & chirurgiæ ſpecies, fracturæ, & luxationes compendioſè edocentur.

CAPVT XI.

Galenum in phyſiologicis excelluiſſe, ac multa στοιχειακὰ *inueniſſe, ac ſcripſiſſe.*

AT verò quem ſtudiorum Medicæ artis ordinem triuerit Galenus, & in quibus Medicinæ partibus magis excelluerit, an verò in omnibus parem peritiam fuerit conſequutus, iam nobis ſpeculandum occurrit. Ac primùm Medicorum omnium conſenſus eſt Phyſiologiam primam eſſe Medicinæ partem (cuius prolatione elementa, temperamenta, humores, partes, facultates, functiones, & ſpiritus complectimur, ex quibus corpus humanum artis Medicæ ſubiectum conſtruitur.) Hanc autem naturalem ſcientiam medenti neceſſariam eſſe hoc ſacro Hippocratis Medicum alloquentis oraculo ſancitum eſt, πειρῶ δὲ φυσικὸς εἶναι, πρὸς τὴν ἀνθρώπου τὴν ἕξιν καὶ τὴν ἰσχὺν ὁρῶν, *ſed conare*, inquit, *vt phyſicus ſis ad hominis habitum, ac robur reſpiciendo.* Phyſiologica namque Στοιχεῖά σοι ταῦτά ἐστιν *ea tibi ſunt elementa.* At Phyſicæ nauauit operam Galenus, vt veris vſus principiis artificioſa inueniret, quemadmodum hiſce ſententiis ipſe prodidit. *Ego quidem opus aliquod artificioſum haud inuenire poſſum, niſi veris vtar principiis, quare naturalem ſcientiam accuratè perdiſcere mihi fuit neceſſarium.* Quod autem Phyſiologica præcepta non modo per initia ſtudiorum Medicinæ didicerit, verùm etiam toto vitæ curſu illuſtrauerit, luculentam fidem faciunt quamplurima Pergameni Medici monumenta, quorum pleraque temporum iniuria perierunt; reſidua verò in tomis tertio, quarto, & quinto noſtræ editionis potiſſimum continentur, quorum quædam στοιχειακὰ à nobis vocantur, quæ de elementis, temperamentis, & humoribus agunt; De elementis libri duo; De temperamentis libri tres; in Hippocratis libros De natura humana duo commentarij, quorum ſecundus pathologicus eſt; liber vnus, An ſanguis in arteriis naturâ contineatur; libellus De atra bile; libellus De humoribus; libri tres De ſemine quorum poſtremus aſcititius habetur. Quæ verò his in libris comprehenduntur, aut elementa ſunt omnia, aut ad elementa referuntur. Elementa quidem ſunt corporis Phyſici quatuor ignis, aër, aqua, & terra; hominis verò quatuor humores, bilis flaua, ſanguis, pituita, & humor melancholicus; generationis denique ſemen & ſanguis menſtruus. Quum autem de elementis agit, quid & quotuplex ſit elementum edocet; nec vnicum eſſe forma & poteſtate hominis elementum Hippocratis ratione & experientia demonſtrat. Epicuri, Democriti, & Leucippi ſententiam euertit, qui omnia vnum numero eſſe ſtatuebant, ac proinde hominis naturam vnum eſſe profitebantur. Eorum qui vnum elementum poſuere, in quo ſibi ipſi pugnant, ac conſentiunt, id explicat. Qui hominem vnum eſſe humorem proferunt, eorum ſententiam explodit, rationeſque priùs adductas rationibus validioribus euincit. Docet rerum omnium naturam ex quatuor elementis conſtitui. Aduerſus Athenæum primas qualitates non eſſe prima elementa. Crebrò qualitatum vocabulis omnium corporum elementa Hippocratem appellare. Calidum, frigidum, humidū, & ſiccum elementa, ac cætera quæ alterantur corpora conſtituere, & primas eſſe qualitates, quæ totā ſubſtantiam alterant, & tranſmutant. Corpori humano ineſſe plura, quòd à primis & ſecūdis qualitatibus alteretur, & varios inde morbos, & dolores patiatur. Elemēta prout

corporis

corpus conſtituunt, alimenti vel medicamenti vſum præſtare, & egere nos medicamentis & cibis ob ſubſtantiæ noſtræ alterationem ac diſflationem. Animalium ſanguine præditorum, ac proinde hominis proxima elementa quatuor humores eſſe, & in ſanguine naturâ contineri. Hominem non vnum eſſe humorem, ſed ex quatuor humoribus conſtare, quibus ipſe valet, dolet, & ægrotat. Hominem non vnum eſſe ſanguinem, aut bilem, ætates & anni tempeſtates in quibus prædominatur humor, arguere. Quæ conſtituunt hominem, ipſa in eo perpetuò & lege, & natura ineſſe ſimilia. Non ab vno generationem fieri. Ex humoribus quatuor procreari, nutriri, & augeri animalium ſanguine donatorum corpora. Homini quatuor ineſſe humores, eorũmque nullum abſolutè calidum, frigidum, humidum, & ſiccum eſſe. Humores quatuor ab inuicem differre nomine, ſpecie, qualitate, colore, conſiſtentia. Humores ſpecie & facultate diſcrepantes non vnum eſſe. Pituitam, frigidiſſimam hyeme augeri; ſanguinem, calidum humidum vere; bilem flauam, calidam ſiccam æſtate; atram denique bilem, autumno, eámque pauciſſimam generari. Humores pro tempeſtatum mutationibus, & augeri & imminui. Varias & mutabiles tum anni, tum hominis temperaturas. Vniuerſum annum calidi, frigidi, humidi, & ſicci eſſe participem, nec elementum purum dari. Quòd quæ generant, ea miſceri, eiuſdémque generis ac facultatis eſſe oporteat. Commoderatum & conſentaneum temperamentum tum vteri, tum ſeminis ad generationem conducere. Non ab vno, neque à pluribus, niſi hæc mutuam temperiem probè ſortita ſint, generationem fieri. Qualem quodque ad generationem contulit, talem id in corpore facultatem habere. Ab hominis interitu quo diremptorum elementorum quodque in ſuam naturam ſecedit, hominem non ex vno conſtare probat. Sanitatem hominis tum in ſymmetria, tum in eucraſia conſiſtere. Hominem aut ab humorum copia, vel penuria, & ab intemperie dolere. Dolorem ab humorum affluxu, tranſlatione, & decubitu in tempore fieri. Dolorem ab immoderata vacuatione oboriri. Ab humorum defluxu, vnde & quò fertur partem dolere. In ſuperpurgationibus humorũ omnium vacuationem mortis cauſam eſſe. Aduerſus Aſclepiadem pharmaca proprium humorem vacuare. Purgans medicamẽtum primùm familiarem ſibi humorem, deinde reliquos attrahere. Quod phlegmagogum ſuperpurgationem adfert mortis cauſam, id primùm pituitam, deinde reliquos humores euacuare. Purgantia medicamenta, generationis principia, ſanguis effuſus, & alimenta ex quatuor humoribus conſtare probant. Ex mortuis in ſuperpurgationibus, & iugulatis hominem ſanguinem, aut humorem aliquem eſſe ferunt, negántque. Oppoſitas anni tempeſtates morborum eſſe medicatrices. Morbos anni tempeſtatibus analogos, & quòd naturam vniuerſalem priuſquam particularem præſcire oporteat. Quum verò temperamenta edocenda aggreditur, primùm de vocabulis temperamenta ſignificantibus agit, deinde docet rationes quibus multi duo tantùm temperamenta, nonnulli quatuor poſuere. Malè veteres temperatam naturam omiſiſſe, eámque non eſſe calidam & humidam. Veris temperamentum calidum & humidum & εὔκρατον eſſe. Priſcos in temperamentis erraſſe, quòd rectam nominum ſignificationem perſpectam non haberent, quæ temperamentis adhibentur. Idem nonnunquam nomen ſuſcipienti, ſuſceptæque rei accommodari. Quot numero temperamenta ſint. Quomodo medium temperamentum, ac cætera dignoſcantur. Poſtea verò de homine temperatiſſimo diſſerit; de ætatum, partium, ac vniuerſi corporis temperamentis, ratione & actu; craſſitie & gracilitate; pilis & glabritie dignoſcendis. Denique de rerum externarum temperamentis; & quot modis poteſtate aliquid tale dicatur; vbi quæ aſſumuntur, quæque medicamenta foris admouentur, eorum differentiæ, actiones, & alterationes dignoſcuntur. Deinde verò humores quatuor deſcribit, quos quatuor primis elementis igni, aëri, aquæ, & terræ; quatuor anni tempeſtatibus veri, æſtati, autumno, & hyemi; quatuor ætatibus adoleſcentiæ, iuuentuti, declinanti ætati, & ſenectuti; quatuor oppoſitis vniuerſi angulis Orienti, Occidenti, Meridiei, & Septentrioni; primis & ſecundis qualitatibus, temperamentis, & mutationibus analogos eſſe demonſtrat; procreationem ac domicilia humorum quoq; delineat qui ſanguinem in arteriis contineri docet, & oppoſitum Eraſiſtrati dogma euertit, & Eraſiſtratęos Eraſiſtratum non ſatis intelligere prodit, & quid Eraſiſtratum in errorem induxerit, exponit, ac imperitiam dialectices errandi occaſionem hominibus præbere. Paucis verò deinceps humorum ſpecies ac differentias iterum explicat, & generationis atræ bilis neceſſitatem, & morbos ab humore melancholico oriundos diuulgat, denique de lienis vſu, & nigrorum excretione in Eraſiſtratum controuerſias mouet ac diluit. Hippocrates quum de genitura agit quæ ad venerem ſpectant, dictat, ac de conceptione, voluptate venerea, ſpuma ſeminis, pollutionibus nocturnis, de iis qui ſemen non profundunt, de liberorum ad parentes ſimilitudine ac diſſimilitudine diſſerit. Galenus Hippocratem interpretatur, ac primùm hominis procreationem deſcribit quum ſeminis naturam, ſubſtantiam, facultatem ac vſum edocet, & quo pacto, & quibus inſtrumentis id aptum ſit ad animal formandum. Semen muliebre deinceps, eiúſque facultatem, vſum, & accidentia explicat. Quæ de marium ſemine, ac vaſis ſpermaticis narrat, ea ad fœmineum refert, & dilucidam animalium generationem demõſtrat, vbi primùm Hippocratis & Ariſtotelis diſſenſionem in facultate ſeminis notat; deinde aduerſus Ariſtotelem qui in vtero ſemen diſſolui, & in flatum verti exiſtimat, doctiſſimè diſſerit. Præterea fœminas ſemen emittere, eiúſque vſum ad fœtus generationem concurrere aduerſus Herophilum, Ariſtotelem, & Athenæum concertat. Concertat & aduerſus Empedoclem qui diuulſas futuri fœtus partes in maris & fœminæ ſeminibus ineſſe opinatus eſt. Aduerſus Athenæum, Ariſtotelem, & Empedoclem de ſeminis vſu; de triplici ſimilitudine fœtus aduerſus Stratonicum Phyſicum & alios; denique de paraſtatum ſeu aſtitum vſu diſſerit à veteribus ignorato, quod inuentum pro ſuo iure ſuum ſibi Galenus arrogat. Et hæc στοιχειακὰ ſunt quæ numeris omnibus compleuit Galenus, in quibus Medicæ doctrinæ ſeries ſtudioſos ſumma recreat oblectatione.

CAPVT XII.

Galenum Anatomæ ſtuduiſſe, anatomica multa inueniſſe, ac poſteris reliquiſſe.

QVVM homini τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν *ſeipſum cognoſcere* Delphicus præcipiebat Apollo, Medicum hominum ſapientiſſimum maximè alloquebatur, & ad corpus humanum Medicinę ſubiectum adipiſcendum adhortabatur. Quis enim ſeipſum nouit qui diuinam corporis humani ſtructuram ignorat? quis læſas partium functiones integras reſtituet, qui partium ſubſtantiam, temperiem, conformationem (quæ in ſymmetria & naturali conſtitutione multorum conſiſtit, figuræ, magnitudinis, numeri & ſitus) actionem & vſum nõ intelligit? Quis λόγῳ καὶ τῷ ἔργῳ Medicus celebrabitur quem pror-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 111 sur 151

ſus fugit anatomes peritia? Quod quum animaduerteret
Medicorum Coryphæus primùm ac quamprimum re-
bus anatomicis incubuit, partibus diſſecandis manus &
animum adhibuit, adeout nemo ante & poſt Galenum
in re anatomica noſtro Pergameno præſtãtior floruerit.
Fidem autem orationis faciunt diuina eius monumenta
anatomica quæ Medicos erudiunt, & ad nobilem Medi-
cinæ partem digniſſimos euehũt. Quæ nobis ſuperſunt,
ea quarto noſtræ editionis tomo concluſa ea ſerie præ-
leguntur. Præcedit autem Hippocratis libellus De oſ-
ſium natura, quem ſequitur Galeni liber De oſſibus ad
tyrones, Poſtea verò nouem ſuperſtites libri De admi-
niſtrationibus anatomicis; aſcriptus liber De viuorum
anatome; Galeno aſcriptus liber De anatomia parua; li-
bellus De vocalium inſtrumentorum diſſectione; Ga-
leno aſcriptus liber De oculorum anatomia; liber De
venarum, arteriarúmq; diſſectione; liber De neruorum
diſſectione; De muſculis liber quem ex Oribaſij codi-
ce Græco mutuati ſumus. Subſequitur libellus Hippo-
cratis De corde, & libellus De glandulis, liber De vteri
diſſectione, & diuini De vſu partium libri ſeptẽdecim.
Quid autem his in operibus docetur, ac ab eo inuẽtum
comperitur, paucis aperiendum. Legiſlator Medicinæ
Hippocrates primùm rem anatomicam ſubiicit oculis
quum quarũdam corporis partium ac præcipuè oſſium
ac venarum naturam, ſitum, numerum & vſum, neruo-
rum ac venarum in corporis partes propagationem ac
diſtributionem edocet. Fidus deinde Hippocratis in-
terpres celebri ordine oſſa ſingula oſſiúmque differen-
tias, partes, epiphyſes, apophyſes, ſyntheſin duplicem
diarthroſin & ſynarthroſin, numerum, ac vſum tyroni-
bus explicat. Ac deinceps primo anatomicarum admi-
niſtrationum libro muſculorum & ligamentorum ma-
nus anatomen edocet, quæ quò minus ardua cõparetur
ſceletum præmittit, & veterum anatomicorum in muſ-
culis diſſecandis negligentiam arguit; cúrque Galenus
ipſis, cúrque ipſi inuicem aduerſentur rationes profert.
Secundo anatomen tum muſculorum, tum ligamento-
rum pedis, & quæ prætermiſerunt anatomica ſponte,
aut negligentia veteres, diuulgat, ac de vnguibus aduer-
ſus Eraſiſtratum mouet, diluitque controuerſias; quoſq;
tibiæ muſculos inuenit priſcis ignotos ſibi arrogat. Ter-
tio artuum anatomen, neruorum, venarũ, & arteriarum
in artus, ac ſingulas corporis partes & cutim propagatio-
nem vſumq; accurata methodo deſcribit. Quarto capi-
tis, ceruicis, faciei, & ſcapularũ anatomen, & muſculos,
genas, labra, maxillam inferiorem, caput, ceruicem, &
ſcapulas mouentes aggreditur, vbi quod veteribus fuit
ignoratum aperit. Quinto thoracis, abdominis, lumbo-
rum, ac ſpinæ muſculos diſſecat. Sexto quæ organa ali-
mentum conficiunt, ac diſtribuunt, quæq; excrementa
recipiunt, & excretioni inſeruiunt, inteſtina, ventricu-
lum, hepar, ſplenem, renes, veſicam, & cæteras partes
imo ventre concluſas ſubiicit oculis. Septimo de ſpirita-
libus organis, corde, pulmone, arteriis, ſuccingente mẽ-
brana, pericardio, ac de ſubſtãtia ac motu cordis aduer-
ſus veteres diſſerit, vbi pueri hiſtoriã narrat, cuius ſter-
num aperuit & abſceſſu liberauit, ſanauitque; Eraſiſtrati
quoque ſectatores deridet, qui arterias ſanguine vacuas
oſtendere pollicebãtur. Octauo reliqua vniuerſi thora-
cis vt coſtarum anatome cõcluditur, & errores veterum
de thoracis motu notantur, & quæ ſectionem interco-
ſtalium muſculorum ſequuntur ſymptomata quæque
neruorum ac muſculorum ſectionem, qua totus thorax
immobilis redditur, & noxæ partium quæ ex medullæ
dorſi ſectione oboriuntur, ac demum qui à pulmone in
amplam thoracis capacitatem ſpiritus traiicitur. Abſo-
luta verò partium inferioris ac mediæ regionis corporis
anatome, partium ſuperioris vt cerebri, ac ſpinalis me-
A dullæ diſſectionem adit, vbi de cerebri meningibus, ac
meningum venis, & venarum in cerebrum aditu, de
plexu choroide, de conario, pſalloide corpore ſeu for-
nace, cerebri vẽtriculis, natibus, de corpore vermiformi
ampliſſimè diſſerit. Conquerebatur Galenus de oblite-
ratis præceptorum ſuorum Pelopis & Numeſiani ope-
ribus, nos verò de cæteris adminiſtrationũ anatomica-
rum libris, vt & quamplurimis Galeni monumẽtis quæ
in iacturam ſanitatis hominum poſteris erepta ſunt, gra-
uiori animo cõquerimur. In quibuſdam præterea libris
Galeno aſcriptis partium corporis diuiſio, natura ac di-
gnitas; arteriarum, venarum, neruorum, mẽbranarum,
medullæ, oſſium, ligamentorum, carnis, cartilaginum,
B muſculorum, tẽdonum, oculorum, aurium, oris, linguæ,
dentium, ſtomachi, inteſtinorum, hepatis, veſicæ fellis,
ſplenis, veſicæ, vteri, ſecundarum, pudendorum, cordis,
pulmonis, diaphragmatis, cerebri & cæterarũ partium
anatome reuoluitur. Nec verò parui ducẽdum eſt opu-
ſculum, quod cauſam, materiam, inſtrumẽta, locum, &
modum vocis declarat. Huic ſuccedit oculorũ anatome,
& venarum, arteriarum, ac neruorum vbi vt venarũ &
arteriarum propagationes, ſic & variæ neruorũ tum ce-
rebri, tum ſpinalis medullæ συζυγίαι conſpiciuntur. Suc-
cedit inſignis tum exortu, tum inſertione explicata μυο-
λογία; quã excipit præclara ex Hippocrate cordis hiſto-
C ria, qua figura cordis, color, ſtructura, temperamentum,
humor quo id viget, ſubſtantia, ſitus, oſcula, inuolucra,
tunica, ventriculi, fontes, aures, folles, vaſa, & ſingulæ
ipſius partes explicantur. Ex eodem Hippocratis fonte
glandularum quoq; exurgit anatome qua glandularum
natura, ſtructura, affectus, tubercula, ſtrumæ, ſitus, &
vſus innoteſcunt. Poſtea verò Galenus ſitum vteri, ma-
gnitudinem, figuram, partes eius proprias & adiacẽtes,
teſtes, & vaſa ſpermatica mulierum, fœtum, & ſecundas
declarat. Iam verò quæ anatomica quiſque fert diuinus
liber De vſu partium cũ admiratione ſpeculemur. Om-
nes libri ex actionibus ſingularũ corporis partium vſus
D ſcrutantur. Primus partium extremę manus, digitorum,
vnguium, carnis, oſſium ac conſimilium, & aberraſſe in
vnguium vſu Platonẽ & Ariſtotelem prodit; Et Socratis
de pulchritudine ſentẽtiam explicat; ac de tendonibus
aduerſus Epicuri & Aſclepiadis ſectatores diſſerit. Se-
cũdus reliquas totius manus, carpi, cubiti, & brachij par-
tes exponit. Tertius naturæ artem in cruribus, ac pedis
vſum complectitur, vbi aduerſus Pindarum de cẽtauris
diſſerit; cur homo bipes, cur ſolus ſit rectus, ac ſolus ſe-
deat, cur exanguia polypeda; ac de bonitate, ſapientia,
ac admirabili virtute Creatoris, ac de ſitu pedis extremi
contra Eudemũ loquitur. Quartus & Quintus nutritio-
E nis organa, œſophagum, ventriculum, omẽtum, perito-
næũ, hepar, lienẽ, tenuia & craſſa inteſtina, diaphragma,
renes, vreteres, veſicã, anum, aniq; muſculos, ſphincte-
res explanant. Sextus, vſus interiorum thoracis partium
cordis, pulmonis, venæ cauæ, arteriæ magnæ & aliarum
explicat, vbi antiquos de vſu arterioſæ venæ, & venoſæ
arteriæ conuincit, & Aſclepiadem de vaſis à corde ad
pulmonem prodeuntibus; ac ſanguinẽ in arteriis conti-
neri, ac de arteriarũ cum venis anaſtomoſi aduerſus Era-
ſiſtratum diſſerit. Septimus quę ad thoracem & pulmo-
nem ſpectant partes, aſpera arteria, larynx, os hyoides,
ſtomachus, diaphragma, mãmæ, arteriæ, earum ſtructu-
F ram, ſubſtantiam, ſitũ ac vſum coercet. Octauus partium
capitis, cerebri, colli, & neruorum à cerebro ortorum
vſus; vbi cerebrum ob cordis refrigerium factum non
fuiſſe, nec caput ob cerebrũ, & aduerſus Ariſtotelem &
Philotimũ de cerebri vſu diſſeritur. Nonus excremen-
torum cerebri vias & euacuationes, cranium, meningas,
venas, arterias, plexum retiformem, neruos, cerebri
propagines, eorúmq; coniugationes ac neruos in faciei
muſculos

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 112 sur 151

muſculos, & gingiuas, tunicas narium & palati inſertos, ſuturas deniq; ac oſſa ſquamoſa profert. Decimus vſum oculorum ac partium viſioni inſeruientium exponit, vbi admirabilis oculorũ hiſtoria ac doctrina detegitur. Vndecimus reliquas faciei & capitis proprias partes abſoluit. Agit namque de temporum muſculis, ac ijs qui aperiendo & claudendo ori, & maſticationi inſeruiunt; de ortu neruorum faciei; de dentibus, ore, lingua; ac partibus oris, deglutitioni, voci, ac reſpirationi inſeruientibus; auribus, naſi alis, pilis, cute, labij muſculis, oſſibus, ac oſſium ſuturis capitis. Duodecimus ceruicẽ, ac ſpinam dorſi, vtriuſque vertebras, cartilagines, neruos, tendones, muſculos, ac cæteras partes explanat, earúmque vſum prodit, vbi aduerſus ſophiſtas de capitis diarthroſi concertat. Tertius decimus reliquas dorſi partes ac ſcapulas exponit. Quartus decimus quæ ad genitales virorum & mulierum partes attinent, explicat; vbi agitur de operum naturæ ſucceſſione; & an mulier viro imperfectior; & quare fœtus maſculi aut fœminæ procreentur; de vaſorum vteri & mammarum ſocietate; de venerea voluptate; de ſeminis generatione & emiſſione & vſu, ac de vtero. Quintus decimus reliquas partes genitales, fœtuum humores ac tunicas, ac muſculos articulum coxendicis mouentes congerit. Sextus decimus neruorum, arteriarum, & venarũ communes vniuerſo corpori diſtributiones exequitur. Decimus ſeptimus quid vſus ab actione differat, de partiũ corporis proportione & cõmodis quæ ex horum librorum lectione depromuntur vberrimis, agit. Quanquam verò Galenus ſuis inuentis ac commentarijs Anatomicorum omnium princeps ab omnibus Medicis iudicetur, & Veſalius tantum tribuat Galeno vt eum Medicinæ parentem, rarum naturæ miraculum, ſummum naturæ admiratorem & omnium bonorum authorem appellitet, Veſalius tamen ipſe, Columbus, & Fallopius neoterici rei anatomicę ſcriptores oppoſitis quibuſdam ſententijs ſuum principem læſerunt. Ij quidem fatentur Galenum ex frequenti anatomes ſpeculatione multa neutiquam priùs conſpecta animaduertiſſe, ſed plurima ipſum fugiſſe, ac ignoraſſe. Primum, Galenũ corpus humanum nunquam diſſecuiſſe proferunt, ſed in ſimiæ diſſectionibus ſeſe duntaxat exercuiſſe, & vtriuſque anatomen confudiſſe, ac eum in errores incidiſſe hiſce conſimiles; ſyntheſin oſſium ac connexionem per articulationem ac ſymphiſin fieri; mixtam eſſe naturam muſculorum, mediámq; inter ligamentum & neruum; muſculos omnes in tendines deſinere. Tendonem primum eſſe motus organum, peritonæo tanquam manu premente ſicci alimenti excrementa celerius propelli, venas ab hepate oriri; oſſa capitis eſſe trilatera, & cæteros quos plures hîc recenſere, vt & his reſpondere nefas, quum præſertim HENRICI MAGNI Archiatros Laurentius Veſalium, Columbum, Fallopium, & alios audaciores ac temerarios ignorantia arguerit, & prauis eorum obiectis ſubſequenti ſerie, & cæteris concertationibus anatomicis ſatisfecerit.

CAPVT XIII.

Quid de Anatome ſcripſerit Galenus, & quàm malè à Neotericis accuſetur.

GALENVM Græci propè omnes, Arabes, & Latini alterũ ab Hippocrate Medicinæ parentem non immeritò prædicant. Is enim vniuerſam medendi artẽ diuinis planè ſcriptis tantopere & exornauit, & amplificauit, vt ſub eo rurſum nata Medicina videatur. Multa quidem extabant monumenta veterum, ſed confuſa & ἄτακτα erant omnia, quibus ſummus ille vir ornamentum attulit, ſparſa colligens, inculta illuſtrans, confuſa

certo ordine diſtinguens, multa particularibus experimentis obſeruans. De cæteris Medicinæ partibus nihil dicam, hoc vnum audacter affirmabo, Galenum rem anatomicam ita illuſtraſſe, vt quum prioris ſeculi tenebras diſcuſſerit, poſteriori lucem ſplendorémq; attulerit eximium. Nam quum tria ſint media, quæ ad perfectam Anatomes cognitionem quaſi manu nos ducunt, ſectiones partium, actiones earundem, & vſus; ſingula ita accuratè deſcripſit, vt in eo ſcribendi genere omnibus excelluerit. Sectionis modum libris De anatomicis adminiſtrationibus, de muſculorum & neruorũ ſectione, aperuit. Actiones partium indicauit, libris de facultatibus naturalibus, de Placitis Hippocratis, & Platonis; de vſu verò ſingularum corporis partium libros edidit ſeptemdecim, qui poſteros in tantã pertraxerunt admirationẽ, vt diuini ab omnibus appellentur. Maxima ergo ſunt Galeni in nos beneficia. Hunc tamẽ (proh dolor!) Neoterici ferè omnes vbiq; carpunt, imò diſcerpunt; hunc quo iure, quáque iniuria lancinant? hic ambitionis ſtimulo, ille cauillandi gratia, pauci veritatis ſtudio. Sed quemadmodũ fluctus in ſcopulum impingentes, quanto violentiùs ſeſe inferunt, tanto miſeriùs diſſipantur, ita inanes & ridiculos eorum conatus exiſtimo, qui alieni nominis, maximè verò præceptorum ruina, gradum ſibi parant ad gloriam. Accuſatur Galenus à Neotericis; Primùm, quòd brutorum non hominis anatomen deſcripſerit, neq; enim humana corpora vnquam ſecuiſſe dicunt. Deinde, multa eum ignoraſſe, quæ hodie ſunt notiſſima, vbique iactitant. Tertiò, pugnantia, & diſſentientia ſæpe loquutum fuiſſe. Poſtremò, omnia confusè & ſine methodo ſcripſiſſe. Quæ enim (aiunt) in libris de vſu partium, quos diuinos vocatis, methodus obſeruari poteſt? Primùm enim de manu, deinde de cruribus & pedibus, poſtmodum de imo ventre & partibus naturalibus differit. Verùm quàm futiles ſint hæ calumniæ, & quàm miſerè hi hallucinentur, audiant omnes. Namq; vt à prima aggrediar, dico non ſimiarum modò, ſed etiam hominum cadauera ſæpè Galenum ſecuiſſe: proferam auctoris ipſius teſtimonia. Libro decimo tertio de vſu partium: *Propoſitum mihi eſt* (inquit) *ſolius hominis ſtructuram explicare.* Primò de anatomicis adminiſtrationibus; *Inſpicere oportet quamque particulam præſertim in hominibus.* Secundo libro; *Iam* (inquit) *ſimiæ pes ab humano differt, quòd ſtructura digitorum huic animali ſit diſsimilis.* Quarto de anatomicis adminiſtrationibus, & tertio de vſu partium, diſcrimen affert tendinum, qui in crura & pedes feruntur. Primo de anatomicis adminiſtrationibus, femoris caput obliquius eſſe vult, & muſculos diſſimiles, qui in tibiam inſeruntur; tradit etiam lumborum differentiam inter hominem & ſimiam. Secundo de ratione victus, hominem differre ait à quibuſdam animalibus in exortu venæ iniugatæ; decimo tertio de vſu partium, humanũ vterũ ab aliis animalibus differre ſcribit. Si ergo quid habeant ſimile, quid item diſſimile hominum & ſimiarum corpora, agnouit Galenus, veriſimile eſt eum humana corpora ſecuiſſe; nam in ſimilibus diſſimilia dignoſcere ſolius eſt artificis, eiuſque periti. Atque hæc prima ſit in Galeni calumniatores depulſio. Dicũt multa ignoraſſe Galenum, quæ ad humani corporis ſtructuram ſpectabant, quaſi verò proprium hominis non ſit ignorare. Nunquid Veſalius multa ignorauit, quæ poſthæc à Fallopio ſunt animaduerſa, & nos multa quotidie prioribus ſeculis incognita obſeruamus. Sumus, vt bonus dicebat Cauliacenſis, in collo gigantis, &c, vt vetuſtiſſimus canit Poëta, εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ. Quod autem obiiciunt, Galenum ſibi ipſi non conſentire, ſed pugnantia ſæpe ſcripſiſſe: Diſcant fuiſſe veteribus hoc in more poſitum, vt ſæpe ex aliorum

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 113 sur 151

ſententia multa proferant. Sic Hippocratem, Ariſtotelem, & Platonem more vulgi ſæpè loquutos fuiſſe, teſtantur interpretes. Dum ergo ex aliorum ſententia loquutus eſt Galenus, diſſentientia fortaſſe ſcripſit; at dum ex profeſſo de re anatomica diſputat, ſibi ipſi conſentit perpetuò. Poſtremo libros de vſu partium confuſè, & ſine methodo ſcripſiſſe clamitant. Sed neſcio quo rapiat eos contradicendi & calumniandi æſtus; admirabilis enim eſt eorum librorum methodus, quam multis incognitam, nunc ego in apertum proferam. *Propoſitum eſt*, inquit Galenus, *hominis ſtructuram & ſingularum eius partium vſum explicare; ergo quid habeat in ſui ſtructura peculiare, quidque à cæteris animantibus diſtet, priùs aperiendum. Habet autem pro nuditate animæ, rationem, quæ ars eſt ante omnes artes; & pro nuditate corporis, manum organum ante omnia organa.* De manu itaque, quam ſolus habuit homo, primo & ſecundo libris tam accuratè & eleganter diſſerit, vt poſteris gloriam omnem præripuerit. Quia verò crura maximam cum manibus habent affinitatem, eſtq; in eorum ſtructura quid peculiare; nam ſolus ad amuſſim rectus crurum beneficio incedit homo, ideò de cruribus libro tertio agit; id enim doctrinæ ordo poſtulare videtur, vt quæ ſimilia ſunt, ſimul explicentur. His explicatis, quæ homini propria ſunt, ad ea quæ ſunt homini cum cæteris animantibus communia, accedit. Earum autem partium, quæ hominis, & perfectorum animalium corpora conſtituunt, quum aliæ conſeruent, vel indiuiduum, vel ſpeciem, aliæ conſeruantibus famulentur, vt venæ, arteriæ, nerui, de his quæ indiuiduum conſeruant, primo loco diſſerit. Hæ porrò vel naturales ſunt, vel vitales, vel animales, vnde corpus in tres regiones diremptum; de naturalibus quarto, & quinto libris; de vitalibus, ſexto, & ſeptimo; de animalibus cerebro quippè, octauo, & nono; de iis quæ à cerebro pendent, ſenſuum quippè αἰσθητηρίοις, decimo, vndecimo, duodecimo, tertiodecimo libris, ornatè diſſerit, qui ordo naturæ dici poteſt. Quæ ſpeciei propagandæ dicata ſunt organa, genitales partes intelligo, tum virorum, tum mulierum, libris decimo quarto & decimo quinto deſcribuntur. Quæ verò his omnibus famulantur, venæ, arteriæ, & nerui, decimo ſexto, & decimo ſeptimo delineantur. Poſtremus liber, eſt velut omnium epilogus. Abeant ergo iſti calumniatores.

CAPVT XIV.

Galenum τὰ ψυχικὰ *quæ ad animam, facultates, functiones, & ſpiritus ſpectant nouiſſe ac conſcripſiſſe.*

SApienter Plato ὅστις ἄρα τὰ τοῦ σώματός τι γινώσκει, τὰ αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτὸν ἔγνωκεν, *Quicunque corpus cognoſcit, ſua quidem, non ſeipſum nouit.* Animam igitur noſſe iubet Apollo Delphicus cui præcipit γνῶναι ἑαυτὸν *noſſe ſeipſum.* τὸ γὰρ ἡγεμονικὸν κυριώτερον, *pars enim hominis princeps maior eſt ac ſuperior*, quæ quò noſcatur, ac homo, illius τὰ ψυχικὰ facultates, actiones, & corporis animæ vincula ſpiritus agnoſcat Medicus oportet, de quibus ampliſſima conſcripſit Galenus opera, quæ tomo quinto à nobis concluſa reuoluuntur. Ac primum ex Nemeſio Fragmentum Galeni de anima, quô conſtat Galenum de anima plura quàm quæ nobis ſuperſunt, conſcripſiſſe, ac animam eſſe temperamentum edidiſſe, ſed non aſſeruiſſe. Multi tum Philoſophi ac Theologi, tum Medici Galeno obiectant ipſum protuliſſe animam τὴν κρᾶσιν temperamentum ſeu temperiem eſſe, ac proinde mortalem. Non omnem animam Galenum intelligere reſpondet Nemeſius, ἀλλὰ τὴν ἄλογον ψυχὴν μόνην, ſed brutam ſolam animam. Qua de re ita

A ratiocinatur Laurentius. Dum animam temperiem appellat Galenus, non vult temperiem formam eſſe hominis ratione vtentis, ſed formam Medicam, quæ ſola in Medici conſiderationem cadit. Illud namque quod nec ſeruari poteſt præſens, nec abſens reſtitui, non cadit in Medici contemplationem; at intelligens anima, nec præſens ſeruari poteſt, nec abſens reſtitui, ſolùm autem temperamentum & præſens ſeruari, & abſens reſtitui poteſt. Erit igitur ſolum temperamentum forma hominis medica, quia Medicus humanum corpus conſiderat, non quatenus Phyſicum, materiâ conſtans & formâ; ſed quatenus ſanitati ac morbo obnoxium. Quod mortalem aſſeruerit animam eſſe, hiſce B verbis abnegat. Rationalem animæ partem eſſe immortalem Plato credidit; Ἐγὼ δὲ οὔθ' ὡς ἔστιν, οὔθ' ὡς οὐκ ἔστιν ἔχω διατείνασθαι πρὸς αὐτόν. *Ego vero* (inquit) *ſit ne, an non ſit, quid aduerſus ipſum obiiciam, non habeo.* Diſſerit itaque non aſſerit Galenus. Deinde verò ſequitur Fragmentum Galeni de ſubſtantia facultatum naturalium; & libellus de facultatibus corpus noſtrum diſpenſantibus, vbi triplicem facultatem eſſe naturalem, vitalem & animalem edocet, quibus humanum corpus gubernatur. Tres libri De naturalibus facultatibus ſubſequuntur, qui naturæ facultatum numerum & officia complectuntur. In priore Galenus de facultate procrea- C trice, auctrice, & nutrice diſſerit, vbi de attractrice facultate & quibuſdam aliis in priſcos Aſclepiadem, Eraſiſtratum, & Epicurum controuerſiam mouet diluitque. In altero de alimenti diſtributione, de vrinæ & bilis ſecretione, de nutritione, concoctione cibi, ac humorum generatione contra Eraſiſtratum. In poſteriori de retentrice ac expultrice facultatibus, ac de mutua facultatum naturalium conſequutione pertractat. Succedunt nouem libri de placitis Hippocratis & Platonis, qui philoſophica multa, multa phyſiologica, ac maximè ψυχικὰ medica concludunt. Primus enim (quem Græcum à Caio Britannico datum edidimus) neruorum cerebrum, arteriarum cor eſſe principium prodit. D Secundus agit de ſumptionum abſurditate, quibus Stoïci ac Peripatetici in rationalis facultatis ſede probanda vtebantur, ac ex diſſectionibus, actionum omnium principia docet eſſe dignoſcenda. Tertius iterum meminit ſumptionum, numerum & ſubſtantias facultatum docet, & quæ deſunt ad dicta Chryſippi refellenda perſequitur. Quartus errores Chryſippi de animi affectibus, ac de ea à qua ipſi manant facultate comprehendit. Quintus tres animæ facultates & affectus eſſe probat, Chryſippique errores in affectibus animi dignoſcendis curandiſque prodit. Sextus tres animæ facultates ſedibus eſſe diſtinctas, ac iecur venarum, ſan- E guinis, & concupiſcibilis facultatis principium eſſe; vt cor arteriarum & iraſcibilis facultatis. Septimus, cerebrum neruorum, & omnis tum ſenſus, tum motus originem eſſe, & quomodo ad ſentiendi & mouendi organa facultas à cerebro deferatur, & organa ipſa alterentur. Octauus Hippocratis & Platonis ſententiam de quatuor elementis explicat, de prima corporum ex ipſis, & de ſecunda ex quatuor humoribus conſtitutione; de ſanitatis & morbi cauſis; de calido innato, ac de reſpiratione. Nonus denique rationem docet ſimilitudinis & diſſimilitudinis diſtinguendæ, & veritatis in vniuerſum indagandæ, propoſitis exemplis ex Hippocrate & Pla- F tone. Hos ſequitur Fragmentum libri in Timæum Platonis, quo rurſum de facultatibus, functionibus; de venis & arteriis; nutritione, & reſpiratione; & tres eſſe animæ facultates ſedibus, functionibus, pugna, & ope diſtinctas diſſeritur. Præclariſſimus deinde libellus De fœtuum formatione, qui numerum & ordinem ſingularum partium quibus fœtus abſoluitur, declarat; ac

etiamnum

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 114 sur 151

etiamnum inueſtigat quid de cauſa formatrice, omiſſis A philoſophorum erroribus, ſentiendum. Nequid verò ψυχικῷ tomo deſit & Hippocrates Galeno explicetur, cedrinos libros Hippocratis, vnum inſcriptum De carnibus ſeu principiis, alterum De natura pueri ſubiunximus, quos tum interpretatione, tum capitibus illuſtrauimus; Ille quidem de ſingularum partium principiis; generatione, & formatione; de viſus, odoratus, & auditus organis; de ſeptenarij numeri facultate in partu, morbis acutis, vlceribus, inflammationibus, dentiumque complemento. Hic verò De fœtus procreatione, ac principiis; de omnibus tũ ad fœtum, tum ad fœtam ſpectantibus; de tempore formationis; de motu in vtro- B que ſexu; de menſibus, & lactis generatione; quæ omnia cum terræ plantis & ouis conferuntur; de gemellis, ac diuerſo ſexu. Tres libelli latinè duntaxat ſuperſtites hac ſerie ſequuntur. Primus inſcribitur, An omnes partes animalis, quod procreatur, fiant ſimul, qui haud ſimul fieri concludit. Secundus aſcriptus Galeno De natura & ordine cuiuſque corporis, qui de humoribus, de fœtus formatione ac de febribus tractat. Poſterior Galeno quoque aſcriptus, De compage membrorum ſiue de natura humana titulum gerit, qui de cerebro, de quinque ſenſibus, de reſpirationis organis, de corde, œſophago, ſtomacho, de coïtu, ſemine, embryone, & planetis fœtui conferentibus. Galeni liber inſcriptus, C An animal ſit, quod in vtero eſt, fœtũ tametſi vtero radicitus inhæſerit, naturæ & animæ participem, ac omnino animal eſſe probat. Libro de ſeptimeſtri partu, docet Hippocrates quot dierum numero ſeptimeſtris partus perficiatur, & cur vitalis: agit de ſeptenarij numeri in menſibus ac diebus vi ac præſtantia; de octimeſtri partu, nonimeſtri, decimeſtri nonnulla; ac de maſculi & fœminei fœtus perfectionis tempore. Huncce verò Hippocratis librũ explicat alter Galeni De ſeptimeſtri partu ex manuſcripto Regio, & Ricco à nobis depromptus. Huic ſubnectitur Hippocratis liber De octimeſtri partu, quo docetur cur octimeſtris partus minimè D ſit vitalis, decimeſtris frequentiſſimus, & fœtus quomodo ſecurius edatur; de vmbilico quædam; de menſtruis purgationibus, & de vndecimo partus menſe. Galeni liber De inſtrumento odoratus, quid ſit odoratus, & odoratus organũ in anterioribus cerebri ventriculis ſitum eſſe fert. Eduntur præterea duo inſignes De motu muſculorum libri, quorum alter vnicam eſſe muſculorum actionem, plures motus, & accidentium quæ in motu contingunt cauſas explicat; alter de figuris quæ per motum variantur, ac de motu naturali & voluntario doctrinam complectitur. Galeno aſcriptus liber De motibus manifeſtis & obſcuris agit de partium corporis E naturali, ac voluntario motu. Hunc Galeni fragmenta pauca ex Themiſtio excipiunt, vt & De motu thoracis & pulmonis fragmentum; & Galeno aſcriptus liber De reſpirationis vſu, quo celebrior alter eſt legitimus De vſu reſpirationis liber, quo reſpirationis vſu calorem innatum conſeruari, & ſpiritum animalem nutriri diuulgat. Hunc comitatur De cauſis reſpirationis libellus, qui tres eſſe reſpirationis cauſas, facultatem voluntariam, inſtrumenta deſeruientia, & vſum proponit. Galeno aſcriptus eſt De voce & anhelitu. Liber De pulſuum vſu, vſum pulſuum eſſe in caloris innati ſingularũ partium conſeruatione, quæ ventilatione, refrigeratione, & noxij eductione perficitur, declarat. Liber Galeni F Quòd animi mores corporis temperamenta ſequantur, temperamentum eſſe animam, cuius mores mutantur locorum, alimentorum, ac in vniuerſum temperamenti ratione ſubiicit oculis. Et hæc ſuperſunt τὰ ψυχικὰ Galeni opera quæ præceptorem totum ψυχικὸν fuiſſe produnt.

CAPVT XV.

Quòd τὰ ὑγιεινὰ nouerit, ac de ijs doctiſſimè ſcripſerit Galenus.

PRæclarè vt perpetuò Hippocrates τοῖσιν ἀνθρώποισι πλείστου ἄξιόν ἐστιν ἡ ὑγιείη, *Res eſt hominibus pretioſiſſima ſanitas*, cui conſeruandæ dicata eſt ὑγιεινὴ dicta pars Medicinæ, quæ res non naturales vulgò dictas complectitur ſex numero, aërem; cibum, potum; motum, & quietem; ſomnum, & vigiliam; excretorum, & retentorum ametriam; & animi pathemata; quas omnes ſtudioſè didicit adoleſcens Galenus, accuratéque ſuis edocuit operibus, quæ poſteris conſcripta reliquit. Res autem ipſas ſalubres ad actum redegit & vſum, vbi hominum ſanitati tuendæ multis in vrbibus, ac regionibus ſuas dicauit, ac tulit operas. Prodeant in conſpectum præclara ſerie τὰ ὑγιεινὰ ſalubria Galeni opera quæ ſextus noſtræ editionis tomus concludit, ſalubribus Hippocratis operibus coniuncta. Primum eſt Galeni De optima noſtri corporis conſtitutione liber, qui proprium ſanitatis ſubiectum; quid ſit optima corporis humani conſtitutio; quomodo dignoſcenda, ac oblædentibus reluctetur, aperit. Secundum, De bono habitu liber, quo quid habitus; quid bonus habitus; quid bonus habitus ſimpliciter, & ad aliquid; & vbi bonus habitus ſimpliciter; & quid ab Athletarum habitu differat, ediſcitur. Tertium, Galeni ad Thraſybulum liber inſcriptus, vtrum Medicinæ ſit, an Gymnaſtices hygiene, quo quid Medicina; quid Gymnaſtice; quid, & vbi ſanitas; quæ & quot artes circa humanum corpus verſentur, ac plurima notatu digna narrantur. Quartum, complent ſex pretioſi De ſanitate tuenda libri, quorum primo ſumma quædam proponitur earum rerum quibus ars ſanitatis tuendæ continetur; vitæque ratio aduſque tertium ſeptennium præſcribitur. Secundo, differentiæ omnes, ac vires frictionis, & exercitationis explicantur; & quo pacto ſanitas tertio ſeptennio ſeruetur. Tertio, plena laſſitudinum, & cæterorum affectuum dignotio & curatio exhibetur, quatenus exercitationes ſequuntur, & ſunt ſanorum hominum ſymptomata. Quarto, docet quo pacto laſſitudines perſanandæ ſint, quum aliunde, quàm ab exercitatione oboriuntur. Quinto, ſenum victus ratio abſoluitur; ac communia præcepta docentur, quibus affectus morboſi omnes emendantur & intemperies corrigitur. Sexto denique demonſtrantur præcepta, quæ ad omnes lapſus, & affectus prouidendos, & declinandos attinẽt in ijs corporibus quæ ab optima ſanitate labuntur. Quintum opus tres in Hippocratis librum de aëre, locis, & aquis Commentarij perficiunt quorum Græca nobis deeſt oratio. Hi quas vires ambientis aëris, aquarum, & regionum varietas ad naturam hominis immutandam, mores formandos, & affectus concitandos conſequatur, edocent. Prior De aëris, ac locorum differentijs quæ ex diuerſo ad quatuor mundi partes ſitu, & ventorum flatibus eliciuntur. Alter De aquis, earúmque natura, cauſis & facultatibus in diuerſis temperie corporibus differit. Poſterior, quæ anni conſtitutiones ſalubres ſint, quæ morboſæ; quomodo cæli, aëriſque temperies, & conditio ad humanorum corporum naturam conſpiret, quæ ſit ſocietas, & conſenſus ſyſtematum aëris cum illis ſecundum ætates, ſexus, temperamenta, & anni tempora explanat. His ſubnectitur Hippocratis De flatibus liber, quo flatus tum externi tenuiores ſiue aër ambiens, tum interni craſſiores corpus permeantes, omnes plurimorum morborum cauſæ explicantur, vbi multiplices

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 115 sur 151

generationis morborum modi aduertuntur. Sextum opus Galeni Commentarius eſt in Hippocratis vel Polybi librum De ſalubri victus ratione priuatorum, vbi Archiatros rationem victus iis qui ſibi viuunt, inſtituit, pro temporis, habitus, ætatis, affectuum, ſexus, & conſuetudinis ratione. Septimum quatuor commentarij formant in Hippocratis librum de alimento conſtructi, qui quid alimentum, alimentorum genera, & facultates explicant, & à quibus, per quas, & ad quas deuehantur partes; aſſimilationem alimenti coctione triplici, plenitudinem, penuriam, exuperantiam & conſectaria diuulgant. Octauum conſtruunt Galeni de alimentorum facultatibus tres libri quibus facultates alimentorum ratione & experientia compertas enarrat. Prior de ſeminibus vniuerſis agit, quæ in vſum alimenti prodierunt. Alter De fructibus, qui vel ex arboribus, vel oleribus proueniunt; ac de ipſis oleribus quæ ad corpus alendum aſſumuntur. Poſterior, de alimentis quæ ex animalibus parantur; ac poſtremò de melle, de vino, de ſale condiendis, ac mediis eduliis pertractat. Nonum, aſcriptus liber De diſſolutione continua; qui de alimentorum facultatibus quartus eſt, vbi varia alimentorum genera deſcribuntur. Decimum, De attenuante victus ratione liber qui de eduliis agit, quibus tenues ac ſalubres humores in corpore redduntur. Vndecimum, De probis prauiſque alimentorum ſuccis, ex quibus probos, prauóſque corporum humores procreari; indéque affectus ſecundum & præter naturam, ſanitatem & morbos oboriri docet. Duodecimum, Præceptum Galeno aſcriptum eſt, meo iudicio, quod ex manuſcriptis Regiis codicibus Græcum deprompſimus, & Latinè dedimus, quo diæta quatuor anni tempeſtatum, & duodecim menſium præſcribitur. Hîc opera duo Hippocratis inſeruntur ad τὸ ὑγιεινὸν ſpectantia. Primum eſt Hippocratis De liquidorum ſiue humidorum vſu liber, in quo aquarum calidarum frigidarúmque, nec non maris aquæ, vini, acetique effectus & facultates; & quæ partes; & qui effectus calidis magis, quàm frigidis delectentur, afficiantúrque. Alterum Hippocratis De victus ratione ſanorum tres libri conficiunt. Primus docet quæ diætam ſalubrem inſtituenti prænoſcenda ſint; ex quibus animantium corpora conſtituantur; humanos artifices cum natura confert; necnon maſculos cum fœminis in corporis robore, auctione, & nutritione; de temperamentis ætatum, ſexúſque agit, ac de variis animi pathematis. Altero, enarrationem principiorum & differentiarum humani corporis ſequitur diætæ tractatio, qua corpus humanum vel conſeruatur in eodem ſtatu, vel ſecundum qualitatem & quantitatem mutatur. Vbi agitur de ventorum ac regionum ſingularum naturis, ac ſitu, de alimentorum facultatibus ac differentiis ex animalibus ac plantis petitis, de balneis, & externis rebus, ac de variis exercitiis. Poſteriore, diætæ applicandæ methodum inſtituit Hippocrates; Quod perarduum ſit diætam præſcribere, laboribus analogam; quæ diæta ſingulis anni tempeſtatibus, tum diuitibus, tum plebi ſit idonea; de repletionibus, laſſitudinibus, earúmque ſignis, & curatione, de diarrhœis, cruditatibus, faciei decoloratione, ructibus, ſtercoris vomitione, & cæteris ſimilibus. Decimumtertium Galeni opus conſtruunt, De aquis, vinis, & pane quædam fragmenta, à nobis ex Oribaſio, Rufo, Diocle, & Athenæo collecta. Decimumquartum eſt De ptiſana liber, qui ptiſanæ confectionem, facultates, menſuram, & idoneum vſum declarat. Decimumquintum De paruæ pilæ exercitio libellus, quo paruæ pilæ exercitatio cæterarum omnium ſaluberrima, ac prꝗſtantiſſima iudicatur. Decimumſextum eſt Fragmentum de venereis, quo quando ſalubris fuerit venus, aperitur. Decimum ſeptimum eſt De dignotione ex inſomniis libellus qui quid tum ſanis, tum ægris portendant inſomnia, prodit. Sed hunc vt commentarium præcedit Hippocratis liber de inſomniis, quo explicantur inſomnia ex quibus certa tum proſperæ tum aduerſæ valetudinis ſigna depromuntur, & quæ anima in ſomniis imaginatur. Decimum octauum eſt De propriorum animi cuiuſque affectuum dignotione & curatione liber, qui quo pacto quis ſua ipſius & aliorum vitia cognoſcat ac emendet, explicat. Decimum nonum De cuiuſque animi peccatorum dignotione atque medela libellus. Viceſimũ, De conſuetudine liber, quo conſuetudinis vires explicantur, earúmque cauſæ ratione, & veterum auctoritate declarantur.

CAPVT XVI.

Τὰ παθολογικὰ καὶ διαγνωστικὰ Galenum accuratiſſimè nouiſſe ac conſcripſiſſe.

QVi tres affectus prꝗter naturam à Medicis dignoſcuntur, morbus, cauſa morbi, & ſymptoma; pathologiam tertiam Medicinæ partem conſtituunt, quæ plerumque διαγνώσεως vocabulo inuoluitur, vnde haud raró τὰ διαγνωστικὰ παθολογικὰ nuncupantur. Quum autem hi periculoſi hominum hoſtes ſanitatem proſcribant, ac dum corporis eucraſiam ac ſymmetriam demoliuntur ac partium omnium ἕνωσιν euertunt, id ad interitum deducant, eos diagnoſticis notis detegere, dignoſcere, ac profligare medentis hoc opus, hic labor eſt. Quare quum Medicorum Coryphæus Galenus habeatur, ac multa, doctaque pathologica ac diagnoſtica volumina ſcriptis mandauerit, quis eum pathologicis ac diagnoſticis Medicinæ præceptis quàm ampliſſimè decoratum fuiſſe non profitebitur? Septimus autem librorum Galeni tomus à nobis congeſtus ac digeſtus hæc τὰ παθολογικὰ quæ Galeni extant ſingula opera Hippocraticis operibus inſerta complectitur, quorum priora quidem vniuerſalia καὶ κατὰ γένη, poſteriora veró κατὰ μέρη pathologica diſcernuntur, in quibus σημειωτικὰ multa, multa θεραπευτικὰ ac permixta alia quamplurima prꝗleguntur. Primum autem opus liber vnus eſt De morborum differentiis quod quid morbus vocetur, quot morborum genera ſint, quot & quæ morborum tum ſimplicium ac ſimilarium, tum compoſitorum ac organicorum differentiæ ſint, explicatur. Secundum, liber de cauſis morborum, quo morborum ſimilarium, organicorum & communium cauſæ traduntur. Tertium, De ſymptomatum differentiis liber vnus, quo quid ſanitas, morbus, πάθος, affectus, actio, cauſa, ac ſymptoma ſit, explicatur, & ad quæ capita differentiæ omnium ſymptomatum reducendæ ſint, vt ad ſimplices corporis affectus, actionum læſiones, & excretorum & retentorum ametriam. Quartum, de ſymptomatum cauſis tribus libris coërcetur. Priore quidem ſymptomatum cauſæ recenſentur, quæ in ſenſuum organis, & ipſo fonte ſenſus conſiſtunt; Altero cauſæ ſymptomatum declarantur, quæ motum ac principem actionem deprauant; Poſteriore cauſæ ſymptomatum ad actiones naturales læſas, excrementa vitiata, & immutatas ſimplices qualitates ſpectantium innoteſcunt. Quintum, De febrium differentiis libri duo conſtituunt, quibus prima quædam principia docentur, ac ſingularum febrium differentiæ intelliguntur: Primo de ephemeris & hecticis febribus agitur, ſecundo de febrium putridarum differentiis, ac de morbis qui ex humorum defluxione generantur. Sextum

tum, liber De inæquali intemperie, qui quibus modis inæqualis intemperies & in vniuerſo corpore, & aliqua animalis parte oriatur, explanat. Septimum, De marcore liber, quo quid marcor ſit, quotuplex, quis curari, quíque curari nequeat, & quæ idonea curatio, explicatur. Octauum, De tumoribus præter naturam liber, vbi quid & quotuplex ſit tumor præter naturam, & quæ quótque ſint tumoris cauſæ conſpiciuntur. Nonum, De plenitudine liber, quo quid, quotuplex plenitudo, eiuſque cauſæ ac ſigna comprehenduntur, refelluntúrque Empiricorum iudicia, quibus plenitudinem percipi arbitrabantur. Decimum, De cauſis procatarcticis, quo Galenus probat cauſas dari procatarcticas, & priſcorum Medicorum ſophiſmata refellit. Vndecimum, De tremore, palpitatione, conuulſione, & rigore liber, quo quot & quæ motus genera, quæ differentiæ, quæ loca, quæ cauſæ tremoris, conuulſionis, rigoris, & palpitationis. Duodecimum de Comate ex Hippocratis ſententia libellus, quo quid Coma, quotuplex, eiuſque cauſæ, & ſigna declarantur. Decimum tertium tribus libris coërcetur, quibus tum ſimplicium, tum compoſitarum difficultatum reſpirationis cauſæ omnes enodantur. Priore, tum primæ ac ſimplices, tum ſecundæ ac compoſitæ difficultatis reſpirationis differentiæ ac cauſæ: Altero, quæ ab Hippocrate primo & tertio libro Epidemiῶn de reſpiratione dicta ſunt, cum rationibus ſuperiori libro traditis conuenire produntur; poſteriore, quæ cæteris libris Epidemiῶn Hippocrati aſcriptis continentur, iis quæ primo libro de differentiis reſpirationis prodita ſunt, aſtipulari. Decimum quartum De morborum temporibus liber, qui quot ad ſummum ſint particularia morbi tempora, & quàm hallucinentur veteres, in temporibus morbi dignoſcendis explanat. Decimum quintum De totius morbi temporibus liber, quo indicia temporum totius morbi ſalutaris, lethalis, ſimplicis, & compoſiti declarantur. Decimum ſextum, De typis libellus, quo typorum tum ſimplicium, tum compoſitorum natura, ac differentiæ explicantur. Decimum ſeptimum Contra eos qui de typis ſcripſerunt liber; quo quot in errores lapſi ſint veteres Medici, qui ſpecies & multitudinem typorum falſa methodo inquirebant, edocetur; his autem opuſcula duo ſuccedunt à nobis in manuſcriptis Regiis codicibus comperta ante hunc diem non edita, alterum De ſiti; alterum De hemitritæo. Hæc verò vniuerſalia dicta ſint pathologica. Quæ ſequuntur παθολογικὰ κατὰ μέρη ſunt quæ partim θεραπευτικὰ productis priùs Hippocratis operibus prout commentaria ac ſcolia poſtulant, ſubiiciuntur. Primum Hippocratis opus περὶ νούσων De morbis inſcriptum quatuor libris concluditur, quod ad Polybum Hippocratis diſcipulum quidam referunt. Alterum περὶ παθῶν De affectionibus Polybo quoque à pleriſque aſcriptum. Tertium περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν De internis affectionibus. Quartum περὶ παρθενίων De virgineis affectibus. Quintum De natura muliebri. Sextum ex duobus libris conflatum De mulierum morbis. Septimum περὶ ἀφόρων De ſterilibus quæ vtero non gerunt. Octauum περὶ ἐπικυήσιος De fœtatione, & ſuperfœtatione. His omnibus ſuccedit liber Galeni περὶ γυναικείων παθῶν De mulierum affectibus qui aſcriptus eſt Galeno ex multis authoribus collectus nondum priùs editus, quem ex Bibliotheca Regia deſumptum ac tranſcriptum Latinè Græcéque dedimus. Nonum Hippocratis opus περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον De locis in homine, quem excipit celeberrimum Galeni opus De locis affectis ſex libris adornatum. Primo docet methodum vniuerſalem dignoſcendi locos affectos qui ſenſum effugiunt, vnà cum multis partium quarundam exemplis. Secundo, dolorum exemplo docet exercitationem propoſitæ methodi, ac in Archigenem inuehitur, qui in doloribus dignoſcendis aberrauit. Tertio propulſis veterum erroribus, ad dignoſcendos cerebri affectus pertranſit. Quarto, partium faciei, ſpinalis medullæ, pulmonis, & cæterarum ſpirabilium affectus venatur. Quinto affectus cordis, thoracis, diaphragmatis, gulæ, ſtomachi, & iecoris explicat. Sexto de lienis affectibus agit, inteſtinorum, renum, veſicæ, vteri & colis. Subſequitur vltimum Hippocratis opuſculum De dentitione. At τῷ λόγῳ καὶ τῷ ἔργῳ ratione duce & comite experientia pathologicus ac diagnoſticus Galenus extitit, qui à primo febrium inſultu, primo ipſo morbi die quoſcunque morbos, & ſingulas febrium ſpecies ita dignoſcebat, vt ægros finito paroxyſmo millies ad conſueta negotia, aut balnea remiſerit, quos ephemera laboraſſe perceperat. *Optimum eſt* (inquit) *ſi in ipſo primo die & tertianos, & quartanos & quotidianos circuitus dignoſcamus, quos primo ſtatim die agnouimus*. Ex denſata cute obortam ephemeram primo die Gálenum nouiſſe, & finito paroxyſmo laborantem lauiſſe libri methodi diuulgant, quum Medici diatritarij diaria ſibi ignota laborantes διατρίτῳ conficerent. Hecticam febrem cum putrida incipientem ex pulſu, vrina, & caloris qualitate Galenum nouiſſe decimus methodi liber explicat. Nouit Galenus Eudemi Peripatetici triplicem quartanam; nouit vxoris Iuſti amores abditos; nouit depaſcentes artus ſenis cuiuſdam mœrores; Nouit Siculi Medici hepaticum affectum; immoderatiorem vxoris Boëthi fluorem; Commodi Cæſaris filij phlegmonem & febrem; Marci Aurelij ventriculi grauitatem & oppreſſionem, alioſque quamplurimos affectus præter naturam nouit & curauit Galenus, quorum hiſtorias huc referre prohibet huiuſce vitæ ſynopſis.

CAPVT XVII.

Galenum τὰ σημειωτικὰ καὶ κριτικὰ nouiſſe, conſcripſiſſe, ac in his excelluiſſe.

ΣΗμειωτικὴν partem Medicinæ eſſe quæ morborũ & cauſarum morbificarum ſigna frequentiùs ex ſymptomatis prodeuntia edocet, cui propriè ſubiicitur Diagnoſtice, & Prognoſtice, quarum prior præſentia, poſterior futura ſpeculatur, prænoſcit, prædicit. Hippocrati τὸν ἰητρὸν δοκέει ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. *Medicum prænotionem adhibere optimum eſſe videtur.* Optimus itaque Medicorum ab Hippocrate Galenus ducitur, quem in Prognoſticis ac Criticis multopere floruiſſe ac excelluiſſe ſua produnt monumenta, quæ Hippocraticis operibus copulata tomum octauum noſtræ editionis conſtruunt. At primum Galeni opus, De pulſibus ad tyrones libellus eſt, quo pulſuum differentiæ, cauſæque paucis eduntur, quæ candidatis Medicinæ introducendis ſatis ſint. Secundum complent De pulſuum differentiis libri quatuor, quibus prima genera, ac ſingulæ pulſuum differentiæ produntur; Primo quidem de his ex propria opinione Galenus diſſerit; Secundo rationem propriorum & idoneorum nominum profert, & Archigenis errores prodit in nominibus pulſuum generibus ac differentiis adhibendis; Tertio, vehementis pulſus & languidi; pleni & vacui, duri item & mollis exemplo, Archigenis & reliquorum Pneumaticorum tractatio conuincitur; Quarto refelluntur veterum definitiones, quibus ſectæ vnuſquiſque propriæ placitis adhærens, pulſuum ſe notitiam tradere opinabatur. Tertium conſtituunt quatuor quoque περὶ

διαγνώσεως de dignotione pulſuum libri, quibus quæcunque pulſu noſtram notitiam ineunt, enodantur; Ac primo, De diaſtole & ſyſtole primis & principibus pulſus partibus ſenſu dignoſcendis diſſeritur; Secundo De ijs quæ in diaſtole conſiderantur, ac de ratione moderati pulſus in vnoquoque genere inueniendi. Tertio, ratio docetur pulſuum dignoſcendorum, qui in qualitate motus, quantitate item diſtentionis, ac proportione motuum & quietum conſiſtunt. Quarto denique exponitur, quo pacto ictus in pulſu comprehendatur, refelluntur que Archigenes & Agathinus, qui in pleno pulſu dignoſcendo aberrarunt. Quartum componunt quatuor De pulſuum differentiis libri. Primus vehementis, duri, magni, & crebri pulſus, & horum contrarij cauſas à quibus editur, explanat. Secundus inæqualium pulſuum cauſas, & eorum qui ordinem & rhythmum ſeruant vel euertunt, explicat. Tertius de naturalibus agit, ac non naturalibus cauſis, quæ non per ſe ſed continentibus ac primis mutatis, cauſæ pulſuum dicuntur, & Iſagoges pulſuum capita refert, explicátque. Quartus, De cauſis præter naturam, quæ tum animi, tum corporis affectione pulſus immutant. Quintum de præſagitione ex pulſibus libri quatuor efformant. Primo docetur, quo pacto ex pulſibus, qui in arteriæ diſtentione conſiſtunt, præſens diſpoſitio, & præcedentes ipſius cauſæ & externæ, deprehendantur. Secundo prænotio ex pulſibus, qui in contractione arteriæ, tempore quietis, inæqualitate, ordine, ac in ordinis perturbatione intelliguntur. Tertio, De præſagitione ex pulſibus, qui in propriis cordis & arteriarum affectibus deprehenduntur. Quarto prænotio ex pulſibus, qui reliquis affecti corporis affectibus tracto in conſenſum corde, oriuntur. Sextum, eſt librorum ſuorum ſexdecim de pulſibus ſynopſis. Septimum libellus ad Antonium ſtudioſum ac philoſophum ex Regio manu ſcripto codice à nobis depromptus ac primùm editus qui licèt Galeno aſcribatur, & Stephano Athenienſi vel Palladio proprius ducatur, genuinam tamen Galeni de pulſibus doctrinam paucis complectitur. Octauum libellus alter eſt Galeno aſcriptus cui titulus eſt, Compendium pulſuum, ſegmentum librorum de pulſibus Galeni prauè collectum ac Latinè duntaxat editum. Nonum eſt liber De vrinis, quo docetur quid ex vrinæ ſubſtantia, colore, odore, ac contentis in ſanis & ægrotantibus iudicandum ſit. Duo libri de vrinis quoque à nobis Græcè comperti ſunt Galeno dati, quorum alter Conciſus Galeni libellus de vrinis, alter verò liber De vrinis ex Hippocrate, Galeno, aliiſque præſtantiſſimis Medicinæ principibus titulo inſignitus eſt, Græcè ex manu ſcriptis codicibus Regiis vterque à nobis collectus & primùm editus. Decimum, Experta ac omnino vera Galeni prænotio Græcè nunc tradita & emendata. His inſeruntur Hippocratis duo libri, quorum prior περὶ κρισίων, de Iudicationibus morborum aut ægrotantium; alter περὶ κρισίμων De diebus iudicatoriis; quos Hippocratis libros quæ ſubſequuntur Galeni opera explicant. Vndecimum enim efficiunt Galeni opus tres de Criſibus libri, quorum primus de dignoſcendis morborum temporibus agit, ac ſignorum omnium naturam explicat, quibus vniuerſa iudicationis morborum prænotio conſiſtit. Secundus quibus ſignis morborum natura cognoſcatur, aperit, ex qua potiſſimum præſens ac futura in ipſis mutatio præſentitur. Tertius agit de fine omnium tum ſalubrium, tum lethalium morborum, ac de futuræ in eis criſis temporis & modi præcognitione. Duodecimum libri tres περὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν, De diebus iudicatoriis ſeu decretoriis conſtruunt, quorum primo iudicatorij dies enumerantur, eorumque facultas vt & ipſorum præ-noſcendorum methodus explicatur. Secundo experientia ac ratione iudicatoriorum dierum vis explicatur; eorum item tum ordo, tum proportio indicatur, & qui quos ad morbos pertineant. Tertio de cæleſti, ac materiali cauſa dierum iudicatoriorum, ex quibus & ipſorum ordo, & facultas pendet vniuerſa, diſſerit. Decimum tertium tribus in Hippocratis librum περὶ χυμῶν De humoribus commentariis nititur, vbi multa παθολογικὰ, σημειωτικὰ καὶ χρηστικὰ, ac variæ Medicis obſeruandæ præceptiones reuoluuntur; verùm hæc commentaria lacunis ac mendis plena Græci textus penuria in lucem proferuntur. Hîc autem connectitur Hippocratis τὸ προγνωστικὸν, in quod decimum quartum opus Galeni ex tribus commentarijs conflatum eſt. Hiſce verò libris prænotionis præſtantia, ac vtilitas; quænam ex vultu, decubitu, geſtu, reſpiratione, ſudoribus, vrinis, ſputis, aliiſque excrementis & accidentibus præſagienda; quæ in ægris bona, ac mala; ac variorum affectuum naturæ ac notæ deteguntur. Decimum quintum tribus commentariis τὸ προῤῥητικὸν πρῶτον interpretantibus abſoluitur, quibus quæ morbis & ægris ſuccedunt prędicuntur. His tum alter προῤῥητικοῦ liber Hippocratis ſubnectitur; tum Coacarum prænotionum ampliſſimum opus, in varias diſtinctum ſententias. Decimum ſextum περὶ τοῦ προγινώσκειν, De præcognitione ad Epigenem vel Poſthumum liber, quo Medicum poſſe quod ſingulis ægris euenturum ſit prænoſſe ac prædicere probatur. Decimum ſeptimum liber eſt Galeni περὶ προγνώσεως De prænotione inſcriptus à me ex manuſcriptis Regiis codicibus collectus & à ſapientiſſimo Prateolo Latinè redditus. Decimum octauum περὶ κατακλίσεως, De decubitu, prognoſtica ſunt ex mathematica ſcientia libello vno concluſa, Aſtrologiæ imperitis neglecta, bardis ac ignaris lacerata, ſapientiſſimis perutilia ac celeberrima; quibus conſona ſunt, conſimillima Mercurij Triſmegiſti prognoſtica. Decimum nonũ, Quomodo morbum ſimulantes ſint deprehendendi, libellus. Vigeſimum, Fragmentum eſt Galeno aſcriptum ex prognoſticis & aphoriſmis collectum cui titulus ineſt, Quæſita in Hippocratem; Cui etiam aſcribitur libellus prædictionis qui Capſula Eburnea in Hippocratis ſepulchro inuenta vocitatur Quæ multa huc cætera σημειωτικὰ Galeni non adducuntur, ea aut inter commentarios Galeni in Hippocratis libros ſcripta patent, aut negligentioribus ſeculis exciderunt, quemadmodum commentarij in Archigenis libros octo de pulſibus, ac conſimiles de quibus libello de propriis libris loquitur ipſe Pergamenus.

CAPVT XVIII.

Θεραπευτικὰ Galenum ſtudio comparaſſe, ampliſsimè conſcripſiſſe, ac ſeſe in eis exercuiſſe.

PRæſtantiſſimam omnium Medicinæ partium eam eſſe auguramur, quæ cæteris imperat, ac θεραπευτικὴ curandíue methodus nominatur. Hanc qui ignorant καὶ τὴν θεωρητικὴν καὶ πρακτικὴν, mederi nequeunt, quæ propriè ipſa eſt Medicina. Quandoquidem θεραπεία ἐστὶν ἡ τῶν νοσημάτων ἀναίρεσις *curatio morborum eſt ablatio*, proindéque ſanitatis reſtauratio. An verò in Therapeutica, vt & cæteris Medicinæ partibus primas obtinet Galenus? Duo rei fidem faciunt tum permultæ ac celebres quas ipſe curationes peregit; tum quamplurima therapeutica volumina, quæ philiatris etiam Medicis certam ac tutam medendi curandique rationem edocent. Imprimis autem occurrunt admirandi quatuordecim libri therapeutici, qui doctrinæ Medicæ vbertate, ac certa remediorum inueniendorum, ac præſcribendorum methodo

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 118 sur 151

thodo nullis cedunt. Ac primo quidem Galenus Theſſalum ac reliquos methodicos conuincit qui in ſanitate, ac morbo dignoſcendo plurimum aberrarunt; docétque principia methodi, qua morbus tum dignoſci, tum curari debeat. Secundo, quid ſit morbus, ac quæ prima ipſius genera; & quo pacto ſtatuendæ ſint indicationes, quibus vniuerſa morborum curandorum methodus, tanquam fundamentis ſubſiſtit. Tertio, docet qua methodo vlcera haud maligna curanda ſint. Quarto, qua methodo maligna vlcera curentur ex Hippocrate. quinto, ſanguinis profluuia, quæcunque venis vel arteriis læſis ſuccedunt, ac penis & ſedis vlcera ſanantur. Sexto, neruorum, tendinum, ligamentorũ, & partium illis analogarum, oſſium quoq; curatio abſoluitur. Septimo, ventriculi exemplo vniuerſa partium intemperies tum ſimplex ac nuda, tum cõpoſita ac humori cõiuncta curatur. Octauo, vniuerſa curãdi methodus abſoluitur, qua diariæ febres percurentur. Nono, continentium febrium curandarum methodus, ordo, ac dignitas indicationum continetur. Decimo, docetur quomodo præcauendæ ſint diariæ in hecticas mutationes, ac quo pacto ipſæ hecticæ curentur. Vndecimo, indicationes explicantur, quæcunque in putridis febribus curandis æſtimantur; ac diſſeritur de cataplaſmatis, perfuſionibus, & balneis quę pro partium inflammatarum ratione admouentur, illic in methodicos inuehitur Galenus, quòd omiſſa phlebotomia hypocondria cataplaſmatis & embrochis laxarẽt. Duodecimo, ſymptomatum grauiorũ vires euertẽtium ac cum febribus oboriẽtium maximè verò ſyncopes ac dolorum curatio docetur. Decimotertio, inflammationibus ac reliquis præter naturam tumoribus medendi methodus comprehenditur, indicationibus diligenter aſcriptis, ac iis maximè quæ ab affecta parte ſumuntur, vbi Galenus in Attalum methodicum inuehitur, qui Theagenem Cynicum inflãmatione iecoris laborãtem laxantibus cataplaſmatis enecauit; ac de loco Principis animæ facultatis aduerſus Theſſali ſectatores diſſerit. Decimoquarto, de reliquis agitur tumoribus & affectibus præter naturã curandis, ſumpta ex ſingulorũ generibus curandi indicatione. His therapeuticõn ad Glauconem libri duo ſuccedunt quorũ priore docet Galenus methodum medendi tum febriũ exemplo quę vel citra putredinem, vel cum putredine hominẽ inuaſerint, tum propoſitis ſymptomatis frequentius, aut vehementiùs lædentibus, inſignis à me Stephani Athenienſis Græcè ac Latinè cõmentarius edetur ipſum Galeni librũ explicaturus. Alter tumorum pręter naturã omnium curandi methodũ prodit. Decimus ſeptimus (libellus eſt De hyrudinibus, reuulſione, cucurbitula, ſcarificatione) qui ſubſequẽti Oribaſij libello explicatur, vbi de curatione per reuulſionẽ ac deriuationẽ agitur. Decimus octauus, De venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum liber, in quo Galenus increpat Eraſiſtratum, qui poſthabito venæ ſectionis auxilio, neque efficacibus, neque tutis remediis vteretur, & quòd phlebotomiæ inediam prętulerit. Decimus nonus, De venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratæos Romæ degẽtes liber, quo oſtẽdit Galenus Eraſiſtratum venæ ſectione nunquã vſum fuiſſe; Et quòd his quum nõ intellexiſſent eius ſectatores, tum ſibi mutuo pugnauerint, tũ in grauiſſimos errores inciderint. Vigeſimus, liber de curandi ratione per ſanguinis miſſionẽ, quo explicatur vniuerſa venarũ ſecandarũ methodus, affectus, ſcopi, menſura, locus, tempus & quæ cætera ad venas & arterias cum ratione ſecandas neceſſario intelligenda ſunt. His inſeritur fragmẽtum Hippocrati aſcriptum ac inſcriptum περὶ φλεβοτομίας ἐκ τῶν Ἱπποκράτους à nobis in manuſcriptis codicibus Regiis cõpertum, quẽadmodũ aliud quoq; Galeni De venæ ſectione quod ex libro poſteriori Galeni totũ depromptũ eſt. Subſequitur Hippo-

homi

A cratis libellus περὶ τῶν φαρμάκων καθαιρόντων De medicamentis purgantibus. Huic cõſimili propè titulo donatus vigeſimus primus eſt Galeni περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως de purgantiũ medicamẽtorũ facultate. Hunc excipit vigeſimus ſecundus Galeno aſcriptus de catharticis Latinè ac mendosè priùs editus. Vigeſimus tertius libellus eo inſignitus titulo, Quos, quibus, & quãdo purgare oporteat à nobis latinè datus. His Hippocratis magni de inſania liber annectitur. Vigeſimus quartus eſt liber De melancholia ab Ætio ex Galeno & Rufo collectus. Vigeſimus quintus, De puero epileptico præceptum ὑποθήκη liber inſcribitur, qui pueri epilepſia laborantis curationem edocet. Sed hunc præcedit liber B Hippocratis περὶ ἱερᾶς νόσου de ſacro morbo, quem Galenum legiſſe ac probaſſe paſſim ſua monẽt monumenta. Præcedit quoque Hippocratis libellus περὶ ὄψιος de videndi acie, ſeu viſione aut oculis, Galeni librum vigeſimum ſextum De oculis, vbi quæ phyſiologica, pathologica, & therapeutica ad oculos ſpectant, ampliſſimè deſcribuntur. Alter Galeni liber ex manuſcripto Regio codice collectus de oculorum affectibus inſcriptus & à me primùm editus eſt, Vigeſimus octauus ſubſequitur Galeni de colico dolore liber à domino Moræo collega noſtro mihi Gręcè proditus. Vigeſimus nonus, De ictc-ri cura Galeno aſcriptus. Trigeſimus, Galeno aſcriptus C liber qui affectuũ Renum dignotio atque curatio inſcribitur. Reliqui multi ſunt, Galeno aſcriptus liber de cura lapidis ab Arabe quodam priùs editus ex manuſcripto codice collectus. Galeno aſcriptus liber De Medicinis expertis ab Arabibus ad nos reuocatus, ſed inconcinna latinitate donatus. Galeno aſcriptus liber ſecretorum ad Monteum qui licet Galenica quæque nõ complectatur, non tamen citra fructum colitur. Galeno aſcriptus liber De incantatione, adiuratione, & ſuſpenſione, quo meliorem libellum De Homerica medicatione Galenus compoſuit, cuius fragmentum ex Tralliani libro nono collegimus. Tres libri de medicamẽtis paratu facilibus, D quorum primus Galeno proprius iudicatur cui principium obtruncatum deſiderabatur. Secundus autem ad Solonem Medicorum principem ſcriptus eſt. Tertius Græcè nondum editus eſt; & hi duo poſteriores Galeno aſcripti comperiuntur. Duo libri Galeno attributi, περὶ δυνάμεων ἰδίων, De propriis remediorum facultatibus inſcripti, quos barbari de dynamidiis vocitarunt, quorum prioris maior pars deſideratur. Alter ex Aëtio quanquã deſumptus, plurimis tamen ſquatet erroribus. Horum omnium librorum tomũ nonum Hippocratis & Oſantri Hippiatria à nobis primùm ex Regio codice manuſcripto collecta perficiunt. Reliqua denique quamplurima E Galeni opera aut aliis in tomis conſcripta patent, aut ad nos nondum peruenerunt. At verò therapeuticã methodum, morborúmve curationem non modò libris docuit Medicinæ princeps, verùm etiã proſperrimis ægrotantium rebus multis in locis exercuit, non vt vulgus Medicorum, qui quum opinioni ſapientiæ magis, quàm veritati inhiant, alios docere tentant, quæ nec ipſi vnquam fecerunt, nec aliis demonſtrarunt. Nono Methodi duos adoleſcentes vnum liberum palæſtræ peritum, alterum ſeruum febribus ſynochis laborantes miro iudicio curauit. Iuuenem febricitatem διατρίτῳ confectum à Diatritariis Medicis non modo ab hectica febre liberauit, F verùm etiam ſanitati integræ reſtituit. Sexagenarius decimiquarti Methodi lingua adeo prætumida laborabat, vt ore hominis haud contineri poſſet, ſed eum Galenus pilulis ex aloë, ſcammonio, & colocynthide compoſitis veſperi exhibitis, ac admoto linguæ lactucæ ſucco percurauit. Romæ Eudemum Peripateticum magni nominis virum propè ſeptuagenarium, media hyeme triplici quartana laborantem prenunciata prognoſi tempeſtiuo

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 119 sur 151

theriacæ vſu curauit, ac pręter aliorum medicorum opinionem ac deſiderium ſanauit. Ad Iuuenem I. die, primóque febris inſultu accerſitus ſpeciem febris quàm primum dignouit, & morbi ſolutionem pręfatus ægrum ſanauit. Accerſitus à Poſthumo familiarem Charilampi cubicularij neruo vulnerato laborantem curauit, quem aulicorum Cæſaris Medicorum nemo ſanare potuerat. Demadem rhetorem ſanauit, cuius morbum Aulici præſtantiores Medici ignorabant. Ad Iuſti vxorẽ citra cauſas manifeſtas tabeſcentem vocatus, eius morbum, morbìque cauſas ex pulſu, vultu, ac geſtu detexit, eámque non modo amare, ſed quem deperiret etiam miro artificio deprehendit. Seruum diuitis officio malè functum, hero haud ſatisfaciendi metu contabeſcentem agnouit. Ad Siculum Medicum ægrotantem proprium morbum ignorantem à Glaucone Philoſopho deductus ægrum hepaticum eſſe pręnouit curauitque. Boëthi viri Conſularis vxorem aquoſo fluore vteri laborantem tum quæ Romæ aderãt optimæ obſtetrices, tum etiam principes Medici curauerant, ſed in dies deterior morbus reddebatur, tandem verò ſoli Galeno curatio demandata eſt, qui victus ratione vniuerſa optimè inſtituta, ac idoneis remediis præſcriptis, dierum quindecim ſpatio morbum propulit, & menſis curriculo mulierẽ naturali colore decoratam ſaluam prorſus ac incolumem reddidit, cuius beneficij memor Boëthus Galeno aureos quadringentos coronatos honorarium ſoluturus miſit. Oeconomum Romanum à cæcitatis periculo liberauit. Imò quicunque Magni Galeni ampliſſima volumina ſcrutabitur, ea certè quamplurimis ægris referta reuoluet, quos tum morbis liberauit, tum ſanitati reſtituit.

CAPVT XIX.

Ἐπίμικτα permixta opera Medicinæ Galenum ſtudio comparaſſe, ac quamplurima conſcripſiſſe.

QVæ non pauca Galeni opera ad pleraſque ac vniuerſas Medicinæ partes ſpectant, ea τὰ ἐπίμικτα permixta vocauimus, quæ Hippocraticis connexa decimo noſtræ editionis tomo protulimus. Eorum autem omnium operum pars maior τὰ ἀπολογικὰ, σημειωτικὰ καὶ προγνωστικὰ ſubiicit oculis, ac Medica præcepta Medicis neceſſaria continet. Qui autem cæteros præcedit liber Hippocratis eſt primus Epidemiῶn, quem Galenus tribus commẽtariis interpretatur. Ac priore Auſtrina cæli aut temporis conſtitutio ſubfrigida, pluuia, nubila, caliginoſa cum quibuſdã ſqualoribus deſcribitur, ac morbi huius tempeſtatis propagines. Altero duæ cæli tempeſtates explicantur, altera humida frigida, aquilonia, & procelloſa; altera frigida ſicca, ac ex parte inæqualis, & qui inde epidemici morbi orti ſunt. Poſteriore docentur præcepta quædam ad morbos dignoſcendos & ad præſagiendum vtilia, & ad finem quatuordecim ægroti deſcribuntur. Liber ſecundus Epidemiῶn Hippocratis temporum circumſcriptiones & aëris tempeſtates, quibus morbi Epidemij procreantur, explanat, ac tumultuariam rerum variarum collectionem vt περὶ φλεβῶν, φυσιογνωμονίην, καὶ τὸ φυσιογνωμονικὸν & conſimilia complectitur. In hunc autem libellum commentarius vnus Galeni nuper, ſed non integer editus eſt. Liber tertius Epidemiorum Hippocratis ægrotantium plurimas hiſtorias, & quæ ſymptomata pro peſtilenti illa aëris conſtitutione ægros inuaſerant, enumerat. Hunc librum tres Galeni commentarij explicant, quorum primus quæ ab Hippocrate in tribus ægris obſeruata ſunt, explicat. Secundus obſeruationem prodit ſymptomatum quæ nouem ægris oborta ſunt. Tertius Auſtrinam, humidam ac peſtilentem tempeſtatem deſcribit, ægrotis ſexdecim ad finem in medium productis. Quartum & Quintum Epidemiorum libros aut ſuis commentariis non illuſtrauit Galenus, aut ipſi nobis non ſuppeditant. Illo quidem ægri plurimi, & eorum affectus, & affectuum euentus, & iudicationes recenſentur: hoc verò ægrotantium hiſtoriæ proponuntur, vt & quæ remedia profuerunt, aut obfuerunt, qui morbi ad ſalutem, & qui ad mortem deſierunt. Sextus ſuccedit Epidemiorum Hippocratis liber ſex Galeni commentariis explicatus, qui nullos propè Epidemios morbos cõplectitur, ſed aphoriſtica multa ab Hippocrate ad memoriã collecta. Qui Palladij in eum librum repertus eſt commentarius, ipſum honoris & vtilitatis gratia hîc appoſuimus. Septimus Epidemiorum liber Hippocratis ægrotantium quoque hiſtorias, morbi naturas, ſymptomata, remedia, & iudicationes continet. Huc ſeptem Hippocratis libri aphoriſmorum adducuntur totidem Galeni commentariis comitati. Primo iudicationum ſcopi, vires ægrotantis, morbi natura, humor noxius, humoris motus, ſymptomata, morbi tempora, acceſſiones, dies criticus, partis natura, ætas, tempus, conſuetudo continentur. Secundo autem morborum cauſæ, quæ ſemina, ſigna ſalubria, inſalubria, lethalia. Tertio, Quæ morborum genera, quibus anni, cælique tempeſtatibus, quibus ætatum mutationibus oriantur. Quarto De purgationibus agitur tum arte tum ſponte factis, & de ſingulis per quas fiunt partibus, ex quibus morborum euentus, moreſq; cognoſcimus. Quinto De calidi, frigidi, humidi, & ſicci exuperãtia ac immoderatione, vnde variæ morborum ſpecies. Sexto corporis partium notæ, quibus futura in morbis prædicimus, edocentur. Septimo prædicendi in morbis ars, ea continens, quorum aduentu pernicies, aut ſalus ægris accedit. Octauus à quibuſdã recentioribus adfertur aphoriſmorum liber ex quibuſdam Hippocratis præceptionibus collectus. Eſt & Galeni aduerſus Lycum, commentarius inſcriptus, Quod nihil in eo aphoriſmo Hippocrates peccet, cuius initium. Qui creſcunt plurimũ habent innati caloris. Alter quoq; Galeni commentarius contra ea, quæ à Iuliano in Hippocratis aphoriſmos dicta ſunt. Fragmenta quædã Galeno attribuuntur ex aphoriſmis Raby Moyſis collecta, quæ meliori latinitate à me donata ſunt. Alia quoq; ex Raſis libris excerpta, quæ ſingula tum Galeni tum Hippocratis doctrinam redolent.

CAPVT XX.

In victus ratione ægris præſcribenda Galenum præcelluiſſe.

SApienter vt omnia Medica ſanciuit Hippocrates, ac ſacro iureiurando deuinxit Medicũ idoneam ægris diætã pro facultate iudicióq; præſcribere. Siquis enim animaduertat ægrotantium victum, & ſanorum victui comparet, is certè ægrotantibus ſanorum δίαιταν βλαβερωτέραν *nocentiorem victum* comperiet, ἤπερ τὴν τῶν θηρίων τε καὶ ἄλλων ζώων, *quàm eum qui ferarum, & aliorum animalium, ſanis*, proindéque vt medicus ſuo perfungatur munere, idoneam ægris diætam religioſè præſcribat neceſſe eſt. At hancce Medicinæ partem maximam Galenum coluiſſe & illuſtraſſe, tum diætetica quæcunque ſcriptis nauauit præcepta ac commentaria, tum complures ægroti quos ſola diætæ lege percurauit, fidem faciunt. Quum autem Medendi ſcientia ratione duce & comite experientia conſtituta tribus inſtrumentis morbum expugnet, diæta, pharmacia, & chirurgia, in tres propterea partes probè diſtribuitur διαιτητικὴν, φαρμακευτικὴν, καὶ χειρουργικὴν, ex quibus mutuo ſubſidio ac vinculo connexis conſtat θεραπευτικὴ, ita vt

ſimul

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 120 sur 151

ſimul omnes in morbi expulſionem ac curationem concurrant, ac accedant opitulaturæ; proindéque διαιτητικὴ θεραπευτικὴ peculiari opere neque ab Hippocrate, neque à Galeno prodita eſt, ſed paſſim & vbiq; in vtriuſque operibus therapeuticis tum vniuerſalibus, tum particularibus luculenter deſcripta. Quare in vndecimo noſtri ordinis tomo διαιτητικὰ opera pauca continentur, ſed planè diuina. Hippocratis eſt liber De diæta acutorum morborum, & Galeni in eum librum commentarij quatuor, quibus quæ in acutorum morborum victu veteres omiſerint, & in quibus defecerint, edocetur. Ac primo quæ ſit ptiſſanæ conficiendæ, & exhibendæ ratio, & quæ facultates explicantur. Secundo primùm exemplo pleuritidis de fomentorum facultate ac vſu; deinde de repentina tum in victu tum in reliquis rebus mutatione fusè latéque Galenus diſſerit. Tertio vini, mulſæ, oxymelitis, aquarum, & balnearum facultates exponit. Quartus ex multis ac diuerſis theorematis conflatus eſt, quorum plurima ad morbos acutos referuntur. Quintus commentarius latinè proſtat editus, qui Galeni liber De Diæta in morbis acutis inſcribitur, principio obtruncatus, quo in paroxyſmis quieſcendũ, & quo tempore tum morbi, tum paroxyſmi alendum tractatur. Cæterùm victus ratione febres immutari in libris De febribus docetur. Qualis debetur ægris victus, ſecundo De diebus decretoriis legitur. Quod ignorato morbo diæta non ſit præſcribenda, liber primus De criſibus aperit. Quod victus non ſtatim ante febrem, neque in febre, ſed in febris declinatione, ſi ferant vires, ſit exhibendus, in aphoriſmis reuoluitur, vbi abundè de victu multiplici, tenui, tenuiſſimo, & pleno diſſeritur; hos & alios libros legite, & Galenum diæteticum præſtantiſſimum extitiſſe iudicabitis.

CAPVT XXI.

Galenum non verbo, ſed opere medicum extitiſſe; ac in chirurgicis tum documentis, tum operationibus palmam cæteris præripuiſſe.

Hippocraticum illud oraculum magni ducendũ eſt ac celebrandũ, ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοὶ *medici fama quidem ac nomine multi; re verò ſeu opere, quàm pauciſſimi curationem aggredi* μὴ λογισμῷ πιθανῷ *non probabili tantùm ratiocinatione*, ἀλλὰ τριβῇ μετὰ λόγου, *ſed etiam exercitatione cum ratione copulata conſpiciuntur.* χειρουργικὴ pars therapeutices altera precipua eſt, quæ manu medetur, ac θεῶν χεῖρας habet ſibi proprias, cuius oratio ac ratio ab Hippocrate laudabatur, ſic ἐκ περιπτώσιος ποιῆται τὴν ἀρχὴν *ab experimẽto principium ducat.* Hanc artem chirurgicam non theoria duntaxat, ſed & opera ac manu tantopere coluit ac excoluit Galenus, vt chirurgum Medicum eo præſtantiorem neminem nouerit poſteritas. Exploretur rei veritas primùm chirurgicis operibus, quæ humano generi opitulantia ſuperſunt, quæq; tomum noſtræ editionis duodecimũ ſimul cõgeſta conſtituunt. Præcedit Hippocratis κατ' ἰητρεῖον De Medici chirurgi officina, ſeu Medicatrina liber, tribus Galeni commentariis explicatus. Ac primus quibus inſtrumentis Medici officina adornari debeat, & chirurgus indigeat, explanat. Secũdus deligationum ſpecies, ac ferulas exprimit. Tertio quæ de deligationibus in genere dicta ſunt, ea ad fracturarum deligandarũ rationẽ trahuntur. His ſubnectũtur quatuor Hippocratis libelli. Prior De vlceribus, quo partium vlcera, ac quæ his ſuccedunt, tumores etiam, explicantur, curantúrque. Alter De fiſtulis liber, quo fiſtularum generatio, cauſæ, curationes, inteſtini recti inflãmatio, humectatio, prolapſus, & ſtrãguria exponũtur. Poſterior liber De hæmorrhoidibus, quo earum ortus, variique curandi modi proponuntur. Quartus De capitis vulneribus liber, quo capitis vulnera tractãtur, ac curantur, qui oſſe detecto, aut nudato, aut etiam perforato fieri ſolẽt, aut quæ læſa membrana caluam tegente inferuntur. Hos libros quatuor quanquam commentariis non illuſtrauit Galenus eos tamen Galenum legiſſe & celebraſſe eius commemorant opera. Succedit Hippocratis de fracturis liber tribus Galeni cõmentariis decoratus. Primo namq; communis methodus curandi ſimplices cubiti fracturas tractatur. Ac primùm brachio propoſito docetur quo pacto extenſiones, cõformationes, deligationes & poſituræ partium fractarum fieri debeant. Secũdo curatio reliquarum fracturarum ſimplicium, luxationũ, ac dimotionum, quæ in brachio, ſumma manu, pede, tibia, calce, & femore contingunt, exponitur. Tertio fracturarum in quibus oſſa nudata ſunt, aut partes exulceratæ, noxarúmque gibbi cubiti, & genu curatio abſoluitur. Vt autem Galeni cõmentaria clariora fiant, & ad doctrinam Hippocraticam nihil frugiferum tenebris obliteretur, Palladij ſcholia in ipſum Hippocratis librum De fracturis in lucem protulimus. Serie verò ſua reuoluitur Hippocratis liber De articulis, eximiis quatuor Galeni cõmentariis explicatus. At vt in libro De fracturis multa dicta ſunt, quæ ad luxationes attinent; ita his in libris multa de fracturis tractantur. In primo namque commentario de humeri articulo reſtituendo, de ſummo humero, ac de iugulo diſſeritur. Secundo de reliquis manus articulis, de maxillis, de naribus ac auribus curandis agitur, quum luxata vel fracta fuerint. Tertio luxationes abſoluuntur, ac quæ cæteræ manibus & cruribus oborte noxæ manu tractantur. Intertexitur quoque excidendorum oſſium methodus, & ſtructuræ illius machinamenti, quod ſcamnũ Hippocratis appellatur. Iam verò De faſciis tres auctores Galenum, Soranum & Heliodorum aduertimus, quorũ libri prout in manu ſcriptis Regiis codicibus comperiuntur, à nobis ſunt Grçcè primũ editi. Laudatur liber De laqueis à Galeno, in libris de faſciis, veruntamen qui de laqueis ex Heracle liber à nobis editur, is ad Oribaſium auctorẽ refertur. Id autẽ opus vtiliſſimum eſt quum laquei non modo ad faſciandum, ſed etiam ad extendendũ oſſa fracta vel luxata, tum ad curanda atq; alliganda membra, dum manus adhibetur. Liber Oribaſij ſequitur ex Heliodoro De machinamentis, quæ ex Hippocrate, Galeno, aliiſq; auctoribus ab Oribaſio collecta ad chirurgicas operationes, & morborũ curationes maximè cõducunt. Duo deniq; tomũ hunc claudunt Hippocratis libri quorum memor eſt Galenus; Prior mochlicus ſeu vectiarius, qui de oſſiũ per molitionẽ impellendorum ratione agit, alter de fœtus mortui exectione & extractione: In his autẽ omnibus ac pluribus cæteris in alias claſſes diſtributis operibus de chirurgia ampliſſimè diſſeritur, vbi Medicorum chirurgorum indumenta, dotes, mores, ſtudia, ingenia, paratæ manus, ac manuum vngues, ſitus, inſtrumẽta, ferramenta quamplurima, & cõſimilia multa tum chirurgicis operationibus obeundis, tũ ægrotantibus curandis idonea enarrantur. Quod ſi tumores pręter naturã, vlcera, vulnera, fracturæ & luxationes manus opem ac operam efflagitent, ac in chirurgorũ manus incidant, ac de his omnibus dignoſcendis, præſagiendis, ac citò, tutò, & iucundè curandis agat noſter Archiatros, non hercle oratione duntaxat, verùm etiam opere chirurgus agnoſcitur. Reuoluite paululum libros De compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους καὶ κατὰ γένη, illic illic ſylua remediorum ratione compoſitorum, & experientia comprobatorum comperietur, quibus tumores præter naturam detument, arcentur, reſoluuntur, ſuppurant, detergentur, mundantur, carne caua vlcera replentur, exiccantur, vulnera agglutinantur, & cicatrice obdu-

cuntur, fracta oſſa & luxata reponuntur, ac demùm percurantur. Quam ἑνότητος ἢ συνεχείας λύσιν, *vnitatis aut continui ſolutionem*, Chirurgi ſibi propriam vſurpant, ad σύνθεσιν reducendam, ipſam Galenus excogitauit, ac in proprias partitus eſt differentias. Galenus Iuuenis vigeſimum nonum ætatis annum incipiens neruorum vulneratorum curationem inuenit, quemadmodum palam ſignificauit, quum vulneratos gladiatores (quibus curandis à Pontificibus præficiebatur) in priore infernáque femoris parte inuento præſidio curauit, qui priùs aliorum Medicorum curâ peribant. *Mihi ne quidem vnus*, inquit, *vel ex neruorum vulnere, vel alio mortem obiit*. Qua verò methodo, & quibus remediis ipſos curauit, hiſtoria reuoluenda perdocet. Galenus anno ſuæ ætatis trigeſimo quinto ſummi humeri laborauit luxatione, quam vinculi præſidio, & illitu ex oleo ipſe curauit. In anatomicis adminiſtrationibus pueri interiore ſterni abſceſſu laborantis hiſtoria legitur, cui ſanando curatrices manus attulit Galenus qui aperto ſterno, & purulentæ materiæ data porta, ægrotantem ſanitati reſtituit. Quas ob res Galenum in Chirurgicis operationibus Medicorum omnium celeberrimum, tum Medici tum Chirurgi agnoſcunt quorum præcepta, ac theoremata ex Galeni operibus depromuntur.

CAPVT XXII.

Galenum in ſimplicibus ac compoſitis medicamentis excelluiſſe; ac ipſum medicamenta compoſuiſſe.

PHARMACEVTICEN Medicinæ partem quæ medicamentis perficitur, vocat Galenus; proinde numeros omnes artis Medicæ non compleuit qui pharmaceutices documenta, & exercitationes negligentia prætermiſerit. At non eam duntaxat φαρμακευτικὴν intelligimus manuariam, quæ delectu, præparatione, & compoſitione medicamentorum conſiſtit, quam artem quibuſdam Medicorum miniſtris pharmacopolis politica lex commiſit, vt medicamenta quæque ad vſum medicum parata ex Medicorum præſcriptis in officinis proſtarent, & aſſeruarentur; verùmetiam φαρμακευτικὴν Medicam quæ primùm tum ſimplicium, tum compoſitorum medicamentorum facultates ſcrutatur; deinde indicationibus à morbo, cauſa morbifica, partibus affectis, & ægrotantium natura, ratione duce, & experientia comite petitis φάρμακον ποιεῖ, *medicamentum conficit*, quum id parandum, aut componendum ex arte pharmacopolæ obſequenti miniſtro pharmacopœus Medicus imperat. Vtramque verò pharmaciam tum manuariam, tum pharmacopœïam Medicam exercuit Galenus, licet quidam imperiti, quos meritò ſues ſtolidos vocitat Syluius, Galenum calumnientur, quòd operibus de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους, καὶ κατὰ γένη, catalogum tantùm compoſitorum & à ſe & cæteris medicamentorum recenſeat, ſed componendi methodum nuſquam tradat. *Probamus* (inquit Syluius) *hanc methodum ceu animam quandam Galenicis locis propè omnibus interſperſam*. Prodeant itaque Pharmaceutica Galeni opera vltimo noſtræ editionis tomo concluſa, quo philiatri Galeni Medicinæ principis exemplo non modò medicamentorum theoriæ mentem adhibeant; ſed & compoſitioni ingenioſas manus admoueant, ſolóque nomine Medicos habeant, qui ſimplici pharmaco vt ſenna, & vnica phlebotomia ægros omnes ſanandos impunè ſuſcipiunt. Imprimis autem reuoluendi veniunt vndecim illi germani Galeni libri De ſimplicium medicamentorum facultatibus; quorum primo exemplis aquæ & aceti propoſitis, qui-

A bus rationibus explorandæ ſint ſimplicium medicamentorum facultates oſtenditur. Secundo vnde veteres errauerint exponitur, prauæ eorum rationes propelluntur; ac olei, & roſacei exemplo vera docetur ratio facultatis medicamentorum iudicandæ. Tertio quæſtiones logicæ de actione ſimplicium medicamentorum abſoluuntur, quæ ceu elementa ſunt totius tractationis de ipſorum facultatibus. Quarto agitur de tenuibus & craſſis partibus; ſaporum & odorum eſſentia & facultate, quæ in medicamentis ſimplicibus conſpiciuntur. Quinto de cæteris principiis facultatum quæ primis ſuccedentes medicamẽtis inſunt, & ex affectibus quos edunt denominantur. Sexto agitur de effectricibus ſingulo-
B rum medicamentorũ ex plantis ductorum qualitatibus, quorum hiſtoria ad nonum vſque librum excurrit. Nono itaque terrarum ac metallicorum facultates explicantur. Decimo ſimplicium quæ ex animalibus ſumuntur medicamentorum facultates. Vndecimo medicamenta ſimplicia quæ ex animalibus deprompta ſupra haud explicata ſunt, ac quæ ex mari & ſalſis aquis proueniunt, explanantur. Duodecimus eſt Galeni liber, qui ſimplicium medicamentorum ſynopſis inſcribitur ex manu ſcriptis codicibus à nobis deſcriptus, ac latinè proditus. Decimus tertius Galeno aſcriptus liber De ſimplicibus medicamentis ad Paternianum. Decimus
C quartus aſcriptus Galeno liber De plantis ab Arabico in latinum duntaxat reuocatus. Decimus quintus Galeno aſcriptus liber De virtute centaureæ, qui quamuis haud Galeni ſit, Galenicam tamen doctrinam ſapit. Decimus ſextus ſuccedanea complectitur ſimplicia. His ſuccedit opus De compoſitione medicamentorum ſecundum locos decem libris illuſtratum, quorum primus pilorum ac ſummę cutis capitibus idonea medicamenta complectitur. Secundus ad dolores, contuſiones, vlcera, & cæteros capitis affectus medicamenta. Tertius ad aurium & narium affectiones medicamenta. Quartus medicamenta oculorum affectibus idonea. Quintus ad reli-
D quas faciei, dentium, & gingiuarum affectiones medicamenta. Octauus ad ventriculi & hepatis affectus medicamenta. Nonus cætera affectuum hepatis, & lienis, inteſtinorum, ſedis, pudendorum, ac vteri medicamenta explicat. Decimus ſuccurrentia renum, veſicæ, coxæ, & articulorum affectibus remedia complectitur. Opus conſtruunt egregium ſeptem libri De compoſitione medicamentorum per genera. Primo namque methodus & vſus componendorum medicamentorum, & emplaſtra quædam ἐπουλωτικὰ vt candida exponuntur. Secundo emplaſtra viridia, melina, gilua, aliiſque donata coloribus, cephalica & catagmatica. Tertio quæ ad vulneratos, punctos, contuſos & quocunque modo læſos
E neruos conferunt medicamenta proferuntur. Quarto quæ putridis ac malignis vlceribus, nomis, & δυσεπουλώτοις ſuccurrunt medicamenta continentur. Quinto multiplicis vſus emplaſtra, paſtilli, & arida comprehenduntur. Sexto emplaſtra multiplicis vſus ad nomas confe-rentia, quæ attrahunt, concoquunt, & diſcutiunt, declarantur. Septimo agitur De emollientibus, laxantibus, & laborem tollentibus emplaſtris, quæ malagmata, chalaſtica, & acopa dicuntur. Opus de antidotis duo libri condiderunt. Primo theriacæ tum Andromachi, tum Damocratis compoſitio docetur, & quæ eam ingre-
F diuntur ſimplicia explicantur. Altero de Mitridaticis & quibuſdam Andromachi, Damocratis, Aſclepiadis, Apollonij medicamentis agitur ad phthiſin, venena, ſerpentium noxas, ſcorpiones, phalangiorũ morſus, viperæ, canis rabidi morſum & ſimiles affectus cõferentibus antidotis. Subſequitur lib. De theriaca ad Piſonem, in quo de theriacæ cõmendatione & compoſitione tractatur; Alter quoq; ad Pãphilianum, quẽ Galeno quidã aſcribunt.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 122 sur 151

aſcribunt. De clyſteribus fragmentum paruum editum eſt Galeni, ſed paulo maius nobis ſapientiſſimus Moræus in Philiatro'n beneuolentiam ſuppeditauit. Duo denique libelli tomum abſoluunt; alter de ponderibus & menſuris inſcribitur; alter τὰ ἀντιβαλλόμενα complectitur. At quatuor modis artis pharmaceuticæ ſummum Galenus adeptus eſt. Primò peregrinationibus quocunque in plurimas Aſiæ, ac Europæ regiones diductis, ex quibus varia remedia variis gentibus vſitata in patriam deuexit quæ ſibi ac amicis Medicis exploranda partitus eſt. Nam vt tum noua & incomperta ſimplicia intueretur, & in vnoquoque genere exquiſitiſſima ſibi compararet, nauigauit Cyprum, Lemnum, Cretam, & Palæſtinam Syriæ, & quæ loca peragrare non potuit, inde ſibi adferri curauit. Itaque in operibus de compoſitione medicamentorum per genera, adhortor, inquit, amicos meos, ſi artis opera pulchrè obire voluerint, vt me imitentur, qui ex omni natione quotannis pręſtantiſſima medicamenta, vt mihi adferantur curo, quòd perditi illi rerum cuiuſcunque generis emptores illa in dies deprauent. Enimuerò in ſimplicibus medicamentis non modò vniuersè eruditus fuit Galenus; verumetiam in ſingulis ſummopere exercitatus. Quanquam nullum propè medicamentum nominauerit, cuius Dioſcorides quique eum præceſſerunt botanici Medici non meminerint, nihilque pręterquam quod iam priſci docuerant, ipſe doceat, nihilominus non modo iam dictata, ſcripta & cognita ſimplicia ſummo ſtudio expertus eſt, verùm etiam ea ad vniuerſalia quædam redigit & graduum differentias aſſignat, in quo certè plurimum iudicij diligentiæque adhibuit, in iis pręſertim quæ guſtare & iudicare accuratiùs voluit & auſus eſt, quædam enim vehementiora guſtare non ſuſtinuit, vt thapſiam, aliáque erodentia & vniuerſales tertiaſque facultates ex primis & ſecundis, quemadmodum & ex his primas quaſdam collegit, licet hæc non perpetuò ſuccedant. Quædam enim tota agunt ſubſtantia, aut qualitatibus & facultatibus occultis; quædam verò per accidens; imò idem interdum à diuerſis capitibus produci videtur. Deinde verò collectione tum ſimplicium tum compoſitorum medicamentorum quæ paſſim apud expertos Medicos comperiebat, quorum multitudine eius opera κατὰ τόπους, καὶ κατὰ γένη, de antidotis decorata ac locupletata ſunt. Tertiò medicamentorum ſedulo quæſitorum reconditorio (ἀποθήκην ipſe vocitat) quo quæque tum ſimplicia, rariora, tum compoſita pretioſa oculis perpetuò obſerſabantur, manibus tractabantur, & promptiora ad morborum curationes prodibant. Quartò denique frequenti medicamentorum compoſitione, quam ex ſimplicibus ab apotheca propria, aut Cæſaris, aut aliunde mutuatus conſtruebat, quemadmodum in libris De antidotis ſeſe Cæſari Antonino theriacam apparatè confeciſſe libris diuulgauit.

CAPVT XXXIII.

Galenum Coſmeticen, non Commoticen artis Medicæ partem ſtatuiſſe; neque comptoria, neque venena, neque phthorica, neque philtra probaſſe; ſed Oneirocriticum ſomniis credidiſſe.

Κομμωτικὴν autem comptoriam definitã quæ fuco aſcititiam pulchritudinẽ inducit, inter vitioſas artes reponit Galenus, Medicinæq; partem eſſe negat, & eam veteribus probro fuiſſe hiſtoriæ fidem faciunt. Rex Macedonum Philippus quemdam capillorum tinctura ſuperbientem ex ordine iudicum proſcripſit. Vir Chius iam ſenex canitiem tinctura obliterare conatus, quũ in

A publicum de rebus ſuſceptis orationem habiturus progreſſus eſſet, tum ſurgens Archidamus τί ἄν, ἔφη, οὗτος ὑγιὲς εἴποι, ὃς οὐ μόνον ἐπὶ τῇ ψυχῇ τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ περιφέρει; *Quid ille tandem* (dixit) *rectum diceret, qui mendacium non in animo ſolum, ſed capite quoque circumfert? At verò* (inquit Galenus) *faciei colorem per pharmaca nitidiorem, aut rubicundiorem efficere, aut pilos capitis criſpos, aut fuluos, aut nigros, aut quemadmodum mulieres aſſolent, in longitudinem porrectos & auctos, hæc ipſa, & eiuſmodi cætera comptorij maleficij exiſtunt non Medicæ artis opera. Verùm propter ſocietatem quam cum illis haberem, interdum ad regiarum fæminarum, atque adeo ipſorum regum imperium etiam* B *comptoria adiungimus, quum his negare non liceat, docendo tamen comptoria Medicinæ partes non eſſe.* Licet verò Galenus Comptoriam hanc artem ab arte medica procul expulerit, ac de ea nulla præcepta quò ſeculi ſui calumnias vitaret, ſcriptis tradiderit, Heraclides tamen Tarentinus, Archigenes, Crito, aliique inſignes Medici ſcripſere, quorum vt & Cleopatræ quædam comptoria pharmaca libris κατὰ τόπους Galenus ipſe inſeruit, neque tam ſeuerus extitit, vt omnem prorſus ornatum è medicina ſubmoueret; propterea inter partes Medicinæ τὴν κοσμητικὴν *exornatoriam* recepit, vt quæ naturalem corporis pul- C chritudinem tueatur. Siqua verò princeps, aut alia mulier faſtu non turgida, genuino aliquo pulchritudinis radio non donata, marito ſuo non placeat, ac de coſmeticis aut commoticis remediis quibus iuſtos mariti venetur amores, medicum conſulat, is ne ipſa in aliena ac periculoſa argitarum comptoria incidat, vt artem medendi rerum Phyſicarum vniuerſalium ac particularium ſcientiam vberrimam eſſe, ſéque omnia ſapere ſignificet, ac ſi mihi ignoſcant Galeni manes, tam moleſto ac honeſto morbo ſuccurrat, quamprimum coſmetica, etiam commoticà pharmaca præſcribere, ac conficere pietatis ac meden- D tis opus eſt, ſi neque corpori, neque ſanitati, neque animæ moribus officiant. Οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. *Nemini vero venenum lethale precibus euictus dabo, neque huiuſce conſilij author ero*, ita iurandum ſanciuit Hippocrates, cuius mens Galenus nunquam venenorum vſum probauit, quæ quia toto genere præter naturam ſunt, ea in hominum perniciem ac ſubitaneam necem edita philanthropos noſter à medicorum ſchola ac probitate releganda ac reticenda eſſe cenſuit; ſcriptis verò mandare reprehenſionis; eorum compoſitiones docere, improbitatis; alicui propinare, ſupplicij mulcta digniſſimum iudicauit. E Orpheum namque Theologum, Horum, Mendeſium, Heliodorum Athenienſem & Aratum arguit, quòd deleteria pharmaca compoſuerint. Exemplum ipſe adfert Medici qui quòd venenum præſcripſiſſet, meritas ſupplicij pœnas luit; deleterias tamen venenorum omnium qualitates ac facultates ignorare Medicos non decet, imò vt homines veneno aliquo oblæſos veris ac propriis alexipharmacis, ac alexiteriis ipſi curent ſanitatique reſtituant, venenorum theoriam omnem, ac prauos vſus ſapere neceſſe eſt, aliàs ab Apollineo tripode ac principum aula *procul ò procul ite* F *prophani*. Plena ſunt Galeni opera remediis quamplurimis, quibus quodque venenum certiſſimis priùs ſignis detectum expugnari queat, & quæcunque horrenda ab eo prodeunt ſymptomata profligari. At magica opera, φίλτρα, ἀγώγιμα, ὀνειροπομπὰ, ac μίσητρα quæ amores conciliant, quæ ad voluptates pelliciunt, quæ ſomnia ac ſomnos mittunt, quæ odia pariunt ac concitant, nominauit duntaxat Galenus, ſed hæc ne-

que ſcriptis probauit, neque experiri voluit, aut ſi fuerit expertus, reticuit, quemadmodum & θανάσιμα φάρμακα lethalia venena, quæ παθοποιὰ vocitant. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτῶν, καὶ γελοῖα καταδῆσαι τοὺς ἀντιδίκους, ὡς μηδὲν ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ δυνηθῆναι φθέγξασθαι, ἢ ἐκτρῶσαι ποιῆσαι τὴν κύουσαν, ἢ μηδέποτε συλλαβεῖν, ὅσα τἄλλα τοιαῦτα. *Nam illa ſanè ridicula ſunt, conſtringere, ac vincire aduerſarios, vt in iudicio nihil poßint eloqui, aut grauidæ abortum adferre, aut vt ne vnquam deinceps concipiat, efficere, & quæcunque ſunt huius generis cætera*, quorum plurima aut ſunt ἀδύνατα, aut ſi δυνατὰ, βλαβερὰ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, *confici queant, mortalium vitæ ſunt noxia.* Hæc & plura de magicis, vanis, ac pernicioſis artibus loquitur ſapientiſſimus Hippocratis interpres, ac multis rationibus ac documentis in tot nugarum ac ſcelerum authores inuehitur. Vtrum Galenus ſomniis fidem adhibuit? id quę ſequuntur ſoluunt. Quæ ſomnia diuinitus ſomno ſepultis mittuntur, θεοπέμπτοις ὀνείροις Philo vocitat; theorematica Scaliger, θεοπνευστὰ Herophilus, & prædiuina Plinius, quibus quod eſt cernitur; quod futurum eſt prædicitur; quod profuturum ac obfuturum beatioribus à Deo aut Angelo, aut ab arte denunciatur. Galenus itaque eiúſque pater Nico θεοπέμπτῳ ὀνείρῳ fidem adhibuerunt quo Æſculapius, aut ſanctior Angelus Niconi apparuit, imperauitque vt filium Galenum ad medendi ſcientiam adipiſcendam adhortaretur ac promoueret. Paruit ſomnio Nico, paruit Galenus, neutrúmque fefellit ſomnium. Prætumente lingua ſexagenarius quidam ægrotus laborabat, cui curando Galenus reuellentes pilulas deorſum annuentibus cæteris Medicis præſcripſit, repellens verò topicum in poſterum diem refrigerans ob diſſentaneam Pergamenæ propoſitionis aſtantium Medicorum ſententiam diſtulit, ſed per quietem ſomnio illud comprobatum ac iudicatum remedium (quod lactuca erat) parti laboranti admouit. Quum etiam Galenum hypochondrij dextri, diaphragmatis, & hepatis dolores vexarent, & abſceſſus metueretur, tum archiatros ſomnio monitus, poſitam inter pollicem & indicem digitos dextri brachij arteriam ſecuit, quæ quoad ſanguis (qui aduſque propè libram effluxit) ſponte ſiſteretur, aperta relicta eſt; ſubindéque à prauo affectu liberatus eſt. Præterea Sacerdos Dei Æſculapij Pergami ſomnio monitus ſecta ſummæ manus arteria lateris dolore ſolutus eſt. Quin etiam in pleriſque commentariorum Galeni foliis conſimiles hiſtoriæ reuoluuntur, quæ Galenum ſomniis credidiſſe diuulgant. Enimuero partes morbis affectas prædominantes in corporibus humores, humorúmque qualitates & exuperantias, iudicia, & opportuna remedia ex inſomniis nouiſſe, tum Hippocratem, tum Galenum, eóſque ὀνειροπόλους *ſomniorum interpretes*, ac proinde μάντεις *vaticinantes*, Iouis miniſtros (ab Ioue namque ſomnia mitti, ac obiici ſcribit Galenus) ac Medicos ὀνειροκριτικοὺς, ὀνειροσκόπους *ſomniorum coniectores & ſcriptores* eſſe animaduertimus, ὀνειρολογίαν Medicam pervtilem eſſe, non autem magicam & inanem quæ vltra Medicinæ limites diuagatur commoticen.

CAPVT XXIV.

Cur, quomodo, qua ætate, & quot libros conſcripſit Galenus, in ſcholis Medicorum probatos.

Libros Galenus eo conſilio vt diuulgarentur perpaucos tribus cauſis impulſus ſcriptis mandauit. Prima, quò amicis ac familiaribus præcipuè longam profectionem ſuſcipientibus gratificaretur, aut ſponte illis rogantibus, aut inuitò propemodum exoratus. Eiuſmodi verò ſunt omnes, quos introducendis compoſuit. Ac præ cæteris libri, Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur; De optima noſtri corporis conſtitutione; De bono corporis habitu; De diebus decretoriis; In Epidemiorum libros commentarij; De medicamentorum facultatibus; Contra Iulianum; Aduerſus Lycum; De differentiis pulſuum; Methodi medendi libri priores ad Hieronem, & eo defuncto reliqui ad Eugenianum; Commentarius in Prorrheticum Hippocratis. Sic in Glauconis philoſophi, Boëthi viri conſularis, & aliorum quorundam ptimariorum gratiam multa ſcripſit; multa etiam in communem amicorum, aut inferioris conditionis hominum vſum; quod eum facere non piguit, vt voce vti interdum non dubitarit humaniſſima illa, ſe vel vnius tantùm gratia, quem modò veritatis ſtudioſum nouiſſet, dicturum, ſcripturúmque omnia. Altera, vt commentando, ad rem aliquam propoſitam ſeſe exerceret, & ingenium non fineret otio languere, ſed lucubrando excitaret. Tertia denique, ſuorum ſtudiorum opportuna commoditas, cuius gratia paucis tantùm ſuorum inuentorum capita conſignare ſolebat (amicis verò rogantibus poſtea elaborabat, & pleniùs explicabat) & vt Plato, inquit, aduerſus obliuionem ſenij commentarios reponebat. In primis autem operam dedit, vt quæ ante ipſum ab aliis obſcuriùs, aut imperfectiùs erant tradita, ipſe dilucidiùs, ac pleniùs exponeret. Vt autem veritatis vnicæ aduſque diuinum quendam furorem perpetuò ſtudioſus extitit: Ita neque loquendo, neque ſcribendo, gratiæ, aut odio quicquam dedit; & vt quàm veriſſimè omnia literarum monumentis traderet, ſummopere curauit, mentiendi cauſas nullas ſe habuiſſe teſtatus. Quinimo ſibi etiam nequis credat, niſi accedente ratione, hortatur. Id verò eſt veritatem, quàm ſeipſum magis amare, quo nihil pulchrius, nihil diuinius, neque φιλοσοφώτερον, quicquam homini contingit. Hinc adeò nihil niſi in ipſo medendi actu à ſe declaratum, aut aliter examinatum, probatúmque in conſcriptos à ſe libros retulit. Qua in re Medici priores multi aberrarunt, ac Eraſiſtratus vir aliàs prædicandus, arguitur; & Dioſcorides Anazarbenſis, notatur; & noſtro quoque tempore factitare homines aſſolent, qui domi deſides quicquid in mentem venerit, promulgare ſtatim non verentur, & de remotiſſimis etiam rebus, quæ fortaſſis nunquam ad eas, in quibus ſcribunt regiones accedent, vt trippotami, aut elephanti ſanguine, aut re alia conſimili, aut peregrina, aut etiam deteſtanda citra experientiam, nullóque fructu aliqui nugantur. At Galenus accuratam dierum criticorum explorationem fecit, priuſquam artem traderet. Nec enim ita mouit ſenis authoritas, vt illi fidem citra ſenſus aſſertionem de rebus omnibus ſimpliciter haberet. Medicamentorum ſimplicium commentarios, quum longè priùs cœpiſſet, vndecimo demùm anno pòſt in lucem edidit, quòd pharmacorum quorumdam naturam ipſemet adhuc non comperiſſet; vt comperiret autem ad diuerſa, remotaque loca ſe contulit, vt abundè prodidimus. In artis etiam vſu, alia haud adhibuit remedia, quàm de quibus experientia ipſi conſtaret. Ab ambitione verò cùm aliàs, tum ſcribendo, quàm fuerit alienus, hoc vnum luculenter aperit, quòd nulli librorum ſuorum ſuum ipſe nomen inſcripſerit; quæ inter alias fortaſſis cauſa eſt cur ſpurij quidam pro germanis accepti ſint. At quum adoleſcens ſui exercendi cauſa potiùs quàm alios docendi quædam opera condiderit:

ac

ac ætatis progreſſu ad vltimam vſque ſenectutem, nunquam à lucubrandi ac elaborandi labore deſtiterit, (A) magnum ætatis ratione qua ſinguli ab eo conſcripti ſunt libri, in eis diſcrimen eſſe quis dubitet? fatetur ipſe ſe iuuenem, ante annum ætatis ſuæ quadrageſimum tertium curioſius, & ambitioſius quædam ſcripſiſſe, quid igitur de illis ſentiendum, quæ in adoleſcentia, ac fere puer etiamnum exarauit? ſed ea forſan pleraque non ampliùs extant. Tradit ſe anno ætatis ſuæ trigeſimo quarto multos iam libros ſcripſiſſe; rurſuſque eo tempore quo Romæ degeret ſecundò (circa trigeſimum quintum, & trigeſimum ſextum ſuæ ætatis annum) quum Antonini è Germanico bello reditum expectaret, multos quoque ad Philoſophiam, ac Medicinam (de pulſibus præ- (B) ſertim, de ſignis aliis, criſibus, diebuſque criticis, & de differentiis febrium) ſpectantes libros conſcripſiſſe; quos poſtea amicis flagitantibus legendos permiſerit; Et apud illos tantùm moraturos ſperauerit, quos indignis (qui non vt ediſcant, ſed vt calumnientur, legunt) offerendos arbitratus eſſet, ne amicis quidem præbuiſſet. At librum de locis affectis in ſenectute compoſuit. Plurima certè ſcripſit opera Galenus Philoſophica, Medica, Grammatica, Geometrica, & alia quorum numerum, rationem, & modum ipſe exponit duobus libris huic muneri dicatis, quibus partem eorum iam tum interiiſſe docet templi pacis incendio (quo ſimul om- (C) nes etiam bibliothecæ palatij conflagrarunt) in quo reponere ſuos labores conſueuerant eius temporis ſcriptores. Porro, qui Galenum ſcribendi commentandique diligentia vicerit, ſcriptorúmue in ſingulis propè artibus numero ſuperarit, inuenias neminem. Ad quingentos enim omnes ſcripſit; quot vix ſcribendo tantum abſoluere quiſquam, nedum meditari ſimul, ac literis mandare potuiſſe credatur; quorum tamen vix dimidia ad nos pars appulit, vt doctiſſimus Iulius Alexandrinus animaduertit. Horum autem quidam incendio ſunt abſumpti; Alij propter barbariem temporum Aſiam, Græciámque obſidentem, aliáſque ob cauſas (D) perierunt; nonnulli forſan, quòd declamatoriè & iuueniliter eſſent conſcripti: Ioannes verò Fernelius in Medicinæ ſuæ præfatione, præter ducentos & quadraginta, inquit, quos de aliis diſciplinis, de Medicina ſupra quadringentos conſcripſit. Athæneus dipnoſophiſta, Galenus, inquit, tot philoſophica & medica volumina condidit, vt ſcriptores ante ſe ſuperarit omnes. Hanc Galeni ſcriptorum excellentiam, non ita multò poſt doctiſſimorum hominum ſcholæ omnes agnouerunt, quum relictis ſectarum nugis, veram Hippocratis artem, ita tum ſtabilitam, vt nulla ſophiſtarum iniuria ſubuerti poſſet, amplecti ſolum & candidè colere cœperunt; quo tempore ex ea ipſa certam opem, & (E) auxilium tutum mortales homines percipere potuere, quum priùs non minùs periculi ab arte ſæpe, quàm ab ipſo morbo extitiſſet. Agnouerunt quoque non poſtremi viri Arabes, impigri diſciplinarum cultores, qui monumenta eius vniuerſa & in ſuam linguam conuerterunt, & aſſidua manu verſarunt, donec ſublatis iniuria temporum, aut certè ſuppreſſis Græcis exemplaribus, Latinis quoque ſcholis interpretationes ſuas commodarent, non quidem tanta cum fruge, quantam ex ipſo haurire ſtudio licebat; attamen non ſine ſua quoque vtilitate. Præſtitit enim ex illorum monumentis ita philoſophari, quàm in priſtinum ſectarum lubricum (F) relabi rurſus. Sed rediit ille tandem nobis, & in gymnaſiis audiri iterum geſtit. Gallicis autem atque Italicis ſcholis vehementer gaudet, quarum ſoliditatem, integritatémque in diſciplinis vtinam hodierna iuuentus ſtudioſius æmuletur.

CAPVT XXXV.

Vtrum Galenus ingenio aut ſtudio manifeſtiùs excelluerit?

DVo potiſſimum idoneo Philiatro, facili citóque modo Medicinã adepturo neceſſaria, Hippocratis lege ſanciuntur, εὐφυΐα ſeu φύσις *ingenium*, ac φιλοπονία *ſtudium oblectabile*; quæ duo in Galeno comperta hanc in controuerſiam concidunt, quodnam in eo maioris ſit admirationis. Tria apud Xenophontem acuta, *ac proba ingenia* ἀγαθὰς φύσεις ſequuntur & explorant; B τὸ ταχὺ μανθάνειν, τὸ μνημονεύειν, καὶ τὸ ἐπιθυμεῖν τῶν μαθημάτων πάντων, δι᾽ ὧν ἔστιν εὖ χρῆσθαι, *celeriter diſcere, memoria tenere, & iis ſtudere diſciplinis, quibus proſpera ſuccedit vtilitas*. Quartum addit Philo, *rebus inuentis intuitu difficilia commiuiſci*, προσεπινοεῖν τὰ δυσθεώρητα, πολλὰ γὰρ αἱ μεγάλαι φύσεις καινοταμοῦσι τῶν εἰς ἐπιστήμην. *Nam magna ingenia multa noua ad ſcientias moliuntur*. Quintum denique Tullius, *explicandi ornandique vbertatem*. Quæ ſingula Galenum ſi decorauerint, ipſum hercle ingenioſiſſimum venerabimur. Num celeriter didicit qui decimoquinto ætatis anno ſcientiarum liberalium encyclopediam vniuerſam adeptus eſt? qui præuias Medicinæ C diſciplinas nullas ignorauit Grãmaticam, Rhetoricam, Poëticã, Hiſtoriam, Arithmeticam, Geometriam, Opticam, Muſicã, Coſmographiam, Geographiam, Chronologiam, Aſtrologiam, Logicam, Phyſicam, Ethicam, Metaphyſicam, Theologiam? qui linguas vniuerſas nouit Græcas, Ionicam, Atticam, Cõmunem, Aeolicam, Doricam? Latinas vernaculas, & barbaras? Num citò didicit qui cõdiſcipulos ſuos omnes cita doctrina ſuperauit? Qui Sectas Philoſophicas omnes ſtudiò conſecutus eſt? Qui vniuerſæ Medicinæ partes & Sectas anno ætatis vigeſimo non ignorauit? At horum omnium theſaurum memoriam fœliciſſimã habuiſſe Galenum operæ pretium eſt, qui innumeras Aſiæ & Europæ bibliothecas adiit, cedrinoſque earum theſauros exhauſit; qui plurimorum authorum volumina oculis ac mẽte reuoluit; qui pleroſque ſcientiarum profeſſores audiuit; qui multas regiones peragrauit, & quæ in illis naſcebantur ac parabantur remedia, ea ſingula ad Pergamenſium vſum, ac deinceps ad poſterorum hominũ ſalutem contulit? Age verò perpetuam ſibi memoriam conſtruxit Galenus propriis operibus quæ authorem ſuum emori, eiuſque ſapientiam contabeſcere ac conſeneſcere prohibent. Nónne communi hominum vtilitati ſtuduit ac incubuit qui medendi artem omnium artium vtiliſſimam, imò maximè neceſſariam numeris omnibus abſo- E lutam ſuis cõmentariis reddidit? Qui nugis ſophiſticis omnibus prætermiſſis nudam, vnicámque veritatem optimam profeſſus indagauit, ac obtinuit? Qui ſenſibus haudquaquam perpetuò immoratus, ad diuinioré partem rationem, ſolàm diis ac hominibus cõmunem, acceſſit? Qui (inquit) τοὺς μεθ᾽ ἡμᾶς ἀνθρώπους ὠφελῆσαι καθ᾽ ὅσον οἷός τέ εἰμι προῃρημένος, *poſteros homines iuuare quãtum in me ſitum eſt peropto?* Ἀγχίνους καὶ εὑρετικός τις πάνυ, *admodum ſolers ac inuentor*, Galenus dicendus eſt qui tot ac tam præclara præcepta tum Philoſophica tum Medica excogitauit docuitque, quàm plurima verò marte ſuo, proprióque genio didicit, nullo edoctus ac ductus F præceptore, adeo vt quæ de Moſe Philo, eadem de Galeno hæc effari cælitus cogat, εὐφυὴς ψυχὴ προαπαντῶσα τοῖς λεγομένοις, ὑφ᾽ αὑτῆς μᾶλλον ἢ τῶν διδασκόντων ὠφελεῖται, *anima bene nata præceptis obuiam ſeſe offerens, à ſeipſa magis quàm à magiſtris adiuuatur*. Quas enim partes in anatomicis adminiſtrationibus priùs ignotas poſteris ſuo marte per anatomen promulgatas non edidit?

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 125 sur 151

Quos vſus, quas actiones partium ante ſuas diſſectiones nondum diuulgatas in diuinis de vſu partium libris, aliiſque in commentariis non edocuit? Quæ de pulſibus noua ac admiranda non deſcripſit? Quæ pharmaceutica, quæ diætetica, quæ chirurgica, quæ denique therapeutica omnia ſanitati reſtituendæ, & morbis profligandis idonea non excogitauit, de quibus hîc iam ſemel diſſeruimus? Quum autem aliquod dogma aſtruit Galenus, tot tantiſque rationibus illud explicat, tam manifeſtis experimentis tutatur, ac tanta verborum amœnitate & vbertate proſequitur, vt certum ratúmque ab omnibus iudicetur. Quare certiſſima in Galeno conſpicitur oratoris ſententia. Vt hominis decus, eſt ingenium, ſic ingenij lumen eſt eloquentia quæ vbique monumentorum Galenicorum deprehenditur. Quæ quum ita ſint, Galenum αὐτομαθῆ, εὐμαθέστατον, μνημονικώτατον, χρησιμώτατον, προσεπινοητικώτατον, καὶ εὐθυρρήμονα, ac proinde εὐφυέα ingenioſum fuiſſe ſpeculati ſumus. An verò peræquè ſtudioſus fuerit, iam iam examinandum. Si certè ſtudium aſſidua ſit ac vehemens ad rem aliquam applicata magna cum voluptate occupatio, quemadmodum eloquentiæ parens protulit, & in diſciplinis omnibus, ac potiſſimùm in medicina ediſcenda & exornanda totus toto vitæ ſuæ curriculo occupatus fuerit, quemadmodum omnium propè operum ab eo conditorum pelagus declarat, quis præter otioſum & ignarum, noſtrum Hippocratis genium ſtudioſum fuiſſe negabit? Præclarè ſummus præceptor medendi ſcientiam adepturo φιλοπονίαν neceſſariam eſſe ſanciebat, φιλοπονίην προσενέγκασθαι ἐς χρόνον πολύν, *laboris ſtudium ad multum tempus, quoad diſciplina veluti grauidata fœliciter ac proſperè creſcendo maturos fructus afferat*, quales in Eliſyis Galenicis melle dulciores, & Panacæa ſalubriores quiſque Medicus bonis ægrotantium rebus colligit. Nonne ſtudioſus eſt qui permultas ſcientias ac artes ſublimiores, & vniuerſam Medicinam ſtudio amplexus & conſequutus excoluit, earúmque præcepta ac commentaria quamplurima conſtruxit? Qui plurimas regiones inſpiciendi ac diſcendi ſtudio ductus peragrauit? Qui plantarum, metallicorum, & animalium facultates, proprietatéſque omnes ſtudioſè perſcrutatus conſcripſit? Qui denique ſtudiorum ſuorum monumentis vniuerſum orbem ſaluberrimè repleuit. Quas ob res vtrum φιλοπονίαν magis, quàm εὐφυΐαν, aut vtramque peræque coluerit, aut in qua magis excelluerit Galenus, quiſque bonæ indolis, ſtudioſus ac ingenioſus æquiſſimam dabit ſententiam.

CAPVT XXVI.

Galenum Hippocratis doctrinam excoluiſſe, explicaſſe, illuſtraſſe, eiúſque æmulum extitiſſe.

ΣΕβειν καὶ τοὺς κρατοῦντας, ἀρχαῖος νόμος, *venerari principes priſca lex imperat*. Hippocratem autem Medicorum ac Philoſophorum omnium Principem, diuinum bonorum omnium authorem Galenus agnoſcit, eiúſque veriſſima dogmata ſequutus, ac æmulatus eſt. At quantopere Hippocratis doctrinam omnis ſolidioris medendi artis fundamentum, & vniuerſam priſcam Medicinam excoluerit, vt & illuſtrauerit multifariam ordine, methodo, ac pręceptis, & argumentis confirmarit diſertiſſimè, oratione verò diſerta, ac eleganti expoſuerit vberrimè, & remediorum ſimplicium, compoſitorumq; deſcriptionibus locupletarit copioſiſſimè, tanquam Medicorum qui ſunt, quíque fuerunt omnium διαλεκτικώτατος, ἢ φιλοσοφώτατος μᾶλλον, ἅμα τε ῥητορικώτατος, καὶ λόγῳ καὶ ἐμπειρίᾳ ἐπιφανέστατος, res ipſa, & omnium eruditorum conſenſus loquitur clarius, quã vt multis ad id explicandum ſit opus verbis, niſi quis in ipſum meridiẽ lumen inferri poſtulet. Pauca tamen, vt in ipſius laudibus animos paſcamus, tantíq; beneficij grata commemoratione nos oblectemus, & ad eius exempli imitationem optimum, ac ingenioſiſſimum quemq; inuitemus, dicenda fuerint. Quum igitur olim principes tantum viri philoſopharentur, Hippocratis præſertim ſeculo, & ante id, ipſe etiam Hippocrates è magna gente Heraclidæ nimirum filius, ab Hercule, Æſculapióq; genus ducens, genere, & opibus præclarus, ad Philoſophiam, ac Medicinam acceſſit. Et quanquam gentiles eius Aſclepiadæ, artem ſuæ familiæ hæreditariam detinerent, nec exteris communicarent; ipſe literis, non ſolùm particulares hiſtorias, & remedia ſingula, ſed artis etiam methodum, præcepta, & pręcipua capita mandare cœpit, ingenuo candore, & magna liberalitate, quaſi hoc ipſum ageret, vt non Aſclepiadæ ſolùm qui degenerare poterant, & genus eorum extingui, ſed optimus quiſque ad artis cõmunicationem omnibus neceſſariæ, ideoq; in medium proponendæ admitteretur. Sed vt nihil inchoari ſimul & perfici perpetuóque integram ſeruari à mortalibus poteſt; ita & ars Medica ab Hippocrate inchoata & ſcriptis primùm ratione tradita, multis poſtea ſeculis tanquam vaga variiſq; diuulſa ingeniis, à Galeno demum tanto poſt tempore veluti altero Hippocrate, quem in illo ἀναβιῶναι dixeris, expolita, & confirmata, perfectaque propemodum tota eſt. Quum enim peræque ac Hippocrates in philoſophia præclarè verſatus, & ingenio liberali donatus eſſet, rebuſq; ad hoc efficiendum, quãtum tulit humanitas, omnibus inſtructus, opus tam eximium, & conari voluit, & perficere potuit. Videntur autem primi illi circa Hippocratem Medici, & ipſe primus in ſingularum tantummodo rerum inquiſitione, quæ demonſtratione peragebatur, verſati. Qua ratione etſi permulta problemata ſubtiliter inuenirentur, ac diſſoluerentur, non tamen per illam cõſtabat modus vllus totam diſciplinam conſtituendi, ex ſuis partibus in proprium ordinem digeſtis; ſed ſparſim, & abſque arte plerunque tradebatur, quòd præcepta artium tradendarum nondum haberentur; adeóq; ne demonſtrationum quidẽ regulæ præſcribebantur; ſed vtebantur quidem demonſtratione illi ad inquiſitionem rerum, artem verò demonſtrandi, quæ præceptis conſtaret, nullam tradebant, quemadmodum eodem tempore in philoſophia etiam à Platone factum videmus, apparet enim ex eius libris demonſtratiuæ artis præcepta eum non ſatis calluiſſe, aut certè non abſoluiſſe (& ea interdum pro firmis ratiſque principiis poſuiſſe, quæ è ſacris literis, aut maiorum authoritate petuntur; quæ ſi è ſacris ſumenda ſint ad demonſtrationes, eadem opera quæſtio ex eiſdem ſumi poterat, vt demonſtrari eam nihil neceſſe ſit) & ſcientiarum limites non obſeruaſſe, vt qui multa è diuerſis ſcientiis, in eundem librum congeſſerit. Sed philoſophiam, ſtatim ſequutus Platonem, Ariſtoteles perfecit, præcepta demonſtrationum reliquit, ſcientiarum limites circumſcripſit; & ne quid ad perfectionem totius artificij in docendo deeſſet, quo diſciplinarum quęſtiones per inquiſitionẽ ἀποδεικτικὴν inuentæ, ac diſſolutę, aptè cõnecterentur, poſtremò ipſarũ ordinẽ pulchrè digeſſit, quatenus iubet ab vniuerſalibus incipientes ad ſingularia deſcendere, idq; cùm alibi diſertè, tum clariſſimè in libro de generatione animalium oſtendit. Sic in Phyſiologia affectiones τὰς καθόλου, quæque rebus naturalibus vniuerſis conueniunt, primo loco expoſuit; deinde ea quæ ſunt minùs communia, & in pluribus rebus naturæ, non tamen omnibus conſpiciuntur; vltimo loco, quæ ſingulis ſpeciebus peculiariter inſunt. Eóque modo totam Phyſiologiam in totidem libros diuiſit, quot ſunt affectionum differen-

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 126 sur 151

differentiæ. Quum igitur vniuerſa diſciplinarum methodus conſiſtat in ſingularium quæſtionum inquiſitione, quæ demonſtratione fit; aut in poſitione, atque ordine partium totius diſciplinæ, vbi demonſtratione fuerint inuentæ; illam totam abſoluit Ariſtoteles, acceptis quibuſdam, à maioribus, ſeminariis, hanc autem primus ipſe commonſtrauit; & inſuper obſcurè ab illis, aut etiam ænigmaticè dicta, tanquam vel oſtentatione, vel inuidia quippiam, ipſe clarè & dilucidè expoſuit. Hoc ipſo autem ϗ διὰ τὴν ἀκρίβειαν ἣν ταῖς ἀποδείξεσι προσέθηκε, Simplicius eum antiquioribus Philoſophis præfert; Platoni verò, καθόσον εὐσθενεστέρας τίθησι τὰς τῶν ἀποδείξεων ἀνάγκας, ϗ τὰς ἀρχὰς αὐτὸς ἀπό τε τῆς αἰσθήσεως, ϗ ἀπὸ τῶν προχείρων δοξῶν σπουδάζει λαμβάνειν. Cæterùm eadem ferè Galenus in re Medica præſtitit, effecitque primus, quæ in philoſophica Ariſtoteles. Nam plerisque pulchrè inuentis ab Hippocrate, ſed remiſſiùs atque debiliùs traditis, rationes validiores adiecit, & multas rerum cauſas aſſignauit, ab illo prætermiſſas, aut nondum fortaſſis cognitas, aut breuiùs ſanè, atque obſcurè traditas. Denique non modo quæſtionum ſingularum demonſtrationes perfecit, verùm etiam methodi ordinem addidit, ita vt triplicis methodi (neque enim plures laudatæ inueniuntur) vſum, & tractationem in arte Medica copioſè oſtenderit. In pleriſque enim ſuis libris Analyticam ſequitur methodum, in libro autem de conſtitutione artis, compoſitiuam, vt definitiuam in arte parua; de quibus omnibus, & quomodo à Galeno ſint obſeruatæ; aut animaduerſæ, qui plura noſſe deſiderat, doctiſſimam Gemuſæi in Græca Galeni opera præfationem adeat. Intereà verò dum tanti ducimus Galenum, Hippocratis Medicinæ parentis laudibus, ac dignitati nihil detrahimus. Principij namque vis vbiquè maxima eſt, etiamſi reipſa perexiguum ſit. Et religio quædam, ac reuerentia, rerum bonarum omnium cauſis, ac principiis debetur. Itaque & veteribus qui nobis rudimenta quædam tradiderunt, & poſterioribus, qui abſoluere niſi ab illis aliquid accepiſſent, nunquam potuiſſent, plurimùm nos debere, gratis animis fateri, & agnoſcere par eſt. Tantum profectò Galenus lucis addidit arti poſt Hippocratem, vt niſi Medicinæ diu iam, multúmque laboranti Medicinam adhibuiſſet, & tradita ab Hippocrate principia illuſtraſſet, iaceret fortaſſis etiamnum neglecta: Nunc verò, quòd ars ſit exculta, quódque Hippocrates legatur, ac intelligatur, quòd eum ex illo fructum capiamus, quem ſentimus, hoc Galeni beneficium totum eſt. Cætera nunc vt omittam, de arteriarum certè pulſibus propè nihil quum tractaſſet Hippocrates, (id ad practicam magis quàm theoreticam Medicinam pertinere ratus) de horum differentiis, cauſis, diagnoſi, & prognoſi prolixè confecto ipſe opere, hac quoque ex parte Medicinam auxit, & locupletauit. Enimuerò præter Hippocratem, & Galenum Medicinæ principes, cæteri ferè omnes tum Græci, tum Arabes, corúmque ſectatores, nihil ad artis conſtitutionem contulerunt; & ex illorum libris ferè quicquid aut lectione, aut imitatione dignum habent, tanquam è puriſſimis fontibus hauſerunt, doctiſſimo viro Iacobo Syluio teſte. *Adeo*, inquit, *ingenioſa, & ſtudioſa, & Diis accepta fuit veneranda illa antiquitas. Pauca quædam tamen, non ignaua omninò poſteritas, rudis quidem, ſed exemplorum fide plena, aut clariora reddidit, aut vſu, experientiáque frequenti certiora.* Quæ vnuſquiſque etiam mediocriter inſtitutus, his velut fundamentis adiungere potuit, hoc eſt, Hippocratis Galenique placitis. Quibus de medio ſublatis, medicina ſit velut chaos antiquum, & certa hominum carnificina; & id omne quod in ſtupidos ſuæ ætatis Medicos iuſtiſſimè Plinius inclamat. At Galeni in Hippocratem ſcripti commentarij hi pauci, ſed præclari numerantur. Primùm enim in Hippocratis librum De natura humana duo commentarij. Deinde De Hippocratis & Platonis decretis nouem commentarij; In Hippocratis librū De aëre, locis, & aquis, tres; In Hippocratis librum De ſalubri victus ratione priuatorum vnus; In Hippocratis libellum De alimento quatuor; In Hippocratis librum De humoribus tres; In Hippocratis prognoſtica commentarij tres; In Hippocratis prorrheticum primum tres; In libros Epidimiōn quatuordecim, aut plures; In aphoriſmorum libros ſeptem, totidem commentarij; In librum Hippocratis De diæta acutorum, quatuor; In Hippocratis librum De Medici officina tres; In librum Hippocratis De fracturis, tres; In Hippocratis librum De articulis Galeni commentarij quatuor. Cæteri demum temporum iniuriis interierunt. Imò quæ Galeni opera typis mandantur, hæc vniuerſa ſunt doctrinæ Hippocraticæ commentaria.

CAPVT XXVII.

Galeni doctrina, aſſiduitas, dogmata, & in Hippocratem animaduerſiones.

DOctrinam Galeni iam adulti Philoſophi, ac Medici medentis ſpeculemur, quam ipſe tum cōſcriptis operibus, tum productis dogmatis ampliſſimè prodit, quibus vir & in Philoſophiæ & Medicinæ cognitione omnium poſt Hippocratem præſtantiſſimus agnoſcitur. Ad hanc autem doctrinæ vbertatem Galenū perueniſſe minùs mirum eſt, tum propter illas quas attulimus cauſas, tum quòd per omnem vitam veritatis ſtudio, demonſtrandíque ſcientiæ vnicè fuit deditus; cætera verò quibus diuitias, voluptates, aut gloriam plerique venantur, prorſus neglexit. Itaque iure libro περὶ ὑποτυπώσεως ἐμπειρικῆς negat ſibi in artis muneribus occupatiſſimo tantum otij ſupereſſe, vt ſterilibus nugis fabuliſque differendis tempeſtiuas Muſis horas conterat. Animaduertit enim haud in alia diſtractum eſſe negotia illum oportere, qui medendi artem exercere ſtatuerit, rem adeo per ſe immenſam & amplam, vt præclarè nobiſcum agi augurandum ſit, ſi vel in primo ſenectutis limine hanc ipſam, quoad ſatis ſit, fuerimus aſſequuti, nedum liceat alienis ac diuerſis occupationibus detineri. Quamobrem hæc vniuerſa, vt & ebrietates, intempeſtiuas comeſſationes, turpiſſimas libidinum ventriſque & gulæ illecebras fugere medentem decet. Itaque non ſolùm illa ſcientiarū ac virtutum adipiſcendarum obſtacula vitauit, verùm etiam tempus omne in literarum, & rei Medicæ amplificandæ ſtudiis aſſiduè collocauit; quo conſilio ductus apud Cæſarem in Germaniam proficiſcentem religionis excuſatione vſus eſt, vt ab ea bellica profectione, armorúmque ſtrepitu ſolutus continuo diſcendi, ſcribendi, ac docendi ſtudio vacaret. At hic improbus ſtudiorum labor deprehenditur qui Galeni valetudini noxam attulit. Ob immoderatiores enim vigilias continuis lucubrationibus concitatas diaria febre correptus eſt, & prouectior ætate factus dormiendi beneficio fuit orbatus. Hac tam aſſidua diligentia indefeſſus quæ arti adiecit quamplurima conſequutus eſt. Suis operibus teſtatur ſe pulſum cuidam ſex menſium ſpatio tetigiſſe, quúmque de arteriæ ſyſtole, & quibuſdā aliis conſimilibus ancipiti agitaretur iudicio, ea qua pollebat rei perquirendę conſtantia tandem reperiiſſe. Eodem ſtudio ab adoleſcentia dies decretorios obſeruare cœpit, & omnem propè ſimpliciū medicamentorum de quibus aliquid veteres conſcripſerant, materiam inſpicere, & facultates ſcrutari &

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 127 sur 151

cognoſcere voluit, quemadmodum iam ſupra retulimus. Neque verò ſcribendo ſolùm (itaut nec in oratione puritas & elegantia, nec in ſententiis, & tractatione vel oratoria, vel dialectica virtus deſideretur) ſed etiam dicendo, diſſerendóque alio ſemper valuit, vt propoſitis in æde Pacis pro conſuetudine quæſtionibus improuiſis, publicè ſæpiſſimè ad omnia reſponderit, idque iuuenis, quum Romæ degeret. Anno ætatis nonodecimo Athenæi ſectatorem conuicit; poſtea Stoïcos & Peripateticos de animæ ſede concertando ſuperauit, & ſæpenumero apud eruditos viros extemporales ſermones habuit. Anno tricesimo publicè docuit. Sophiſticam perpetuo odio habuit, nihilque tam ſtuduit, quàm vt demonſtrandi primùm ſcientiam teneret, deinde ſummo ſtudio eam exerceret; quod ei haud arduum fuit, quòd in mathematicis, & ſcientiam facientibus diſciplinis verſatus eſſet. Quinimo tanquam furore quodam percitus, & diuino inſpiratus afflatu, ad veritatis ſtudia perſequenda, & vulgi famam ſtrenuè nihili ducēdam, vt ipſe Methodi ſeptimo diſſerit, ferebatur. Quæ præcipua dogmata tum philoſophica, tum Medica Galenus probarit, ea nunc compendioſè ſcribere præter opus eſt, quum in eius operibus ipſa ſparſim expoſita pateant. Quanquam verò in arte medendi veriſſima Hippocratis placita ſectabatur, ſeruos tamen appellitabat quicunque ſe vel Hippocraticos vel Praxagoricos vel ab alio quocunque viro nominabant. Eligenda autem ex ſingulis cenſebat, quæ eſſent præſtantiſſima. Hippocratem ſummis honorum ac encomiorum titulis vbique ſuorum operum euexit Galenus; Ipſum Dogmaticum & Rationalis ſectæ principem, probum virum, veracem, Philoſophum, ſenem venerandum, magnum, omnium Philoſophorum & Medicorum primarium ac principem, accuratiſſimum, nobiliſſimum, omnium bonorum inuentorem, bonarum diſciplinarum ducem & authorem, optimum præceptorem, verum legitimæ gymnaſtices auctorem, maximè admirabilem, diuinum, rectæ methodi inuentorem, appellitat; eiuſque dogmata recta, ac vera, imò veriſſima eſſe cenſuit; Hippocratem nihil fruſtra ſcripſiſſe, nihil fruſtra protuliſſe, aſſeruit; denique Hippocratis dictionem tanquam Dei vocem ac oraculum admiratus excepit, ac ipſum tanquam parentem & artis Medicæ conditorem celebrauit, & æmulatus veriſſima eius dogmata ſectatus eſt. Nihilominus quidam obiiciunt, Galenum apud Hippocratem obſcuriùs enunciata, negligentiùs ſcripta, prætermiſſa, obtruncata, indefinita, incondita, animaduertiſſe ac diuulgaſſe. Verumtamen Hippocratem ſummum Medicæ reipublicæ legiſlatorem ſua præcepta, ſua dogmata, ſuáſque leges medicas conciſis ac aphoriſticis ſententiis, ac proinde ſubobſcuris conſcripſiſſe, ac poſteris Medicis interpretibus ea vberiùs amplificanda ac dilucidiùs explicanda reliquiſſe augurandum eſt. Neque verò Galenum rerum veriſſimarum profeſſorem Hippocratem aliquoties ſemel aberraſſe quiſquam ſapientiſſimus enunciauit; quicquid ediderint plerique Galeni Biographi; Imò ſiquid rationi diſſentaneum, & à rei veritate alienum apud Hippocratem nactus fuerit, id aut ſapientiſſimo ſeni aſcriptum, aut Hippocratis non eſſe palam profeſſus eſt. Nónne Galenus σολοικῷ λόγῳ in prorrhetici commentariis Hippocratem arguit? Minimè verò, ſed quod σολοικὸς λόγος in prorrhetici oratione conſpiciatur, ideo librum hunc haud genuinum eſſe Hippocratis fœtum aſſerit. Hippocratem reprehendit Galenus quòd hunc aphoriſmum indefinitè protulerit. *Dolores oculorum ſoluit meri potio, aut balneum, aut fotus, aut phlebotomia, aut purgatio*, non autem adiecit quos dolores quodque curet. Reſpondemus Hippocratem ἀφοριστικῶς loquutum fuiſſe, ac propterea vberiorem explicationem non attuliſſe. Hippocratem damnat, quòd quum Medicos conuincit, qui ſummam inediam infirmis præſcribunt; deinde eos quamprimùm alij ad ſorbitionem, alij ad potus vſum deducunt, nullam tamen eorum mentionem fecerit, qui cibos validiores ante morbi concoctionem miniſtrant. Conſueuit (inquit Galenus) interdum prætermiſſis maximis erroribus, leuiores culpare, & eam quæ ex illis oritur, læſionem demonſtrare. Hîc immeritò conuincitur Hippocrates quòd nemo Medicus cibum validiorem pleuriticis (de quibus agitur) offerat.

CAPVT XXVIII.

De ſtilo Galeni, latinis interpretibus, perſpicuitate, idea orationis, prolixitate, breuitate.

STILVS Galeni medius inter ſolutam orationem & carmen fluit tanta ſuauitate & copia, vt Alexander Benedictus Galenum & intelligendi & dicendi grauiſſimum auctorem fuiſſe protulerit. Summa ſanè in eo paſſim eloquentiæ vis innoteſcit; oratio & fœcunda, & elegans, non perplexa, non accerſita, ſed ſponte latéque fluens; admiranda quædam eloquendi quæcunque animo cōcepit facilitas, ſiue doctrinam ipſe explicat ſuam, ſiue quæſtiones diſſoluit, ſiue ambiguitates enodat. Dialecto Græcæ linguæ vtitur communi, ſed elegantiore, & ad Atticam deflexa, vbicunque citra affectionem (à qua prorſus alienus eſt, ita vt nec Atticus videri, nec affectator malit) fieri potuit. Quàm verò Atticæ, & Ionicæ dialectorum fuerit peritus, paulò ante commemorauimus. Athenæus hercle his de ipſo teſtatur, ὅτι οὐδενὸς τῶν ἀρχαίων, τὴν ἑρμηνείαν ἀδυνατώτερος γέγονε. Proprietati dictionum vehementer ſtuduit; itaut impropriè loquutos non rarò notet; ac interdum, haud crebrò tamen, rerum, aut affectionum quibus vocabula nondum propria erant poſita, ipſe comminiſcatur. Vtinam verò, quantum patrij ſermonis puritate, elegantia, & cæteris laudibus valuit; tantum etiam interpretum, quorum magna in eius libris vertendis diuerſitas, oratio valeret latina, ac non multum venuſtatis, gratiæ multum ſubito deponeret latinus factus. Quod in interpretum ſugillationem minimè dictum intelligi volumus; ſed in arduum potius quoddam interpretandi munus, figurarum diuerſitatem, & linguæ ac verborum in illo copiam, paupertatem in hac. Verùm ſic quoque, quàm non impolitus, neque inelegans, imò verò, quàm nitidus, quàm lacteus totus fluit? vt quicunque his poſthabitis, Arabum malunt, atque horum ſimilium quorundam meram ſequi barbariem; hos ego eo natos ingenio exiſtimem, vt obſcura manifeſtis, perplexa explicitis, aſpera nitidis, tenebras luci præponere eodem exemplo poſſint. Quanquam autem vbique magnam in oratione perſpicuitatis curam adhibuit, adeò vt qui ſcripta eius præcipua, eo quo par eſt ordine legunt, vt ſine præceptoribus artem addiſcere queant, modo neque ingenio tardiores ſint, neque in primis diſciplinis nimium rudes, & perexiguum aliquid adiumenti à præceptoribus, aut aliis in arte peritis, aliqua demonſtrantibus ſentiant; non tamen humi repit ipſius dictio, nec artificio caret collocatio, vt neque contrà nimium vel aſcendit, vel affectat, vel παθητικωτέρα eſt iuſto; ſed auream planè mediocritatem ſeruat, & modò κάλλος, modò σεμνότητα, modo alias opportunas ideas, & laudatas in oratione virtutes repræſentat. Hinc neſcio, quæ dulcedo ex doctrinæ ſimul, & eloquutionis eius temperamento oborta, mirificè legentium omnium animos allicit, vt qui ſemel guſtarit, abſtinere ampliùs ab eius ſcriptis non poſſit.

poſſit. Librum quidem de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos humiliore ſtilo à ſe ſcriptum conqueritur. Arguitur à multis prolixitate, cuius tamen iuſtas videtur interdum cauſas habuiſſe; non enim vnum in omnibus libris ei conſilium fuit. In multis ſe accommodat introducendis, & illorum captui, atque vſui priuatim, in quorum gratiam quædam ſcribebat, quorum nonnulli præceptoribus carebant, & procul ab eo diſcedebant. Itaque in his libris, quædam alibi copioſius explicata contrahit, alia verò fuſiùs exponit. *Galenum* (inquit Fernelius in ſua præfatione) *multi Aſiaticæ redundantiæ inſimulant, quòd* πολύγραφος *nimiùm multa artium, librorúmque congerie, multorum ſtudia reſtinguat, & ad rem properantes detineat. Eum quidem fatemur mira perſuadendi neceſſitate diſputaſſe ſubtiliùs; ſed quod initio minimè ſtatuiſſet vniuerſam artem complere, breuem præcipiendi legem non obſeruaſſe; eadem identidem locis compluribus inculcaſſe, nunc huc, nunc illuc, ſtudio reprehendendi auidè ferri, ſicque ſæpiùs ambiguitate lectoris animum diſtrahere.* Hæc ille. Sed vtcumque eſt, qui præceptoribus deſtituuntur, ij certè Galeno plurimum debent, quòd fundamenta & præcipua artis capita tam plenè, & διεξοδικῶς ſit perſequutus. Eſt vbi ſeculi eius mores, & in re medica ſectarum peruerſitas, aut Philoſophorum quorundam pertinacia, hanc prolixiùs quædam diſcutiendi abundantiam ei extorſerint. Huc accedit, quod natura ipſe Aſiaticus, in dicendo copioſior erat; & inſuper ingenij bonitas, qua præditus, cupiebat ſummo candore, & optima fide, omnes omnia quàm liberaliſſimè, καὶ ὡς ἀφθονώτατα, edocere, ita vt ne hebetiores quidem deſiderare in eo quicquam poſſent; atque ita factum eſt, vt plerumque ſit prolixior, in iis præſertim libris, quos adhuc iunior condidit. Sed vt in multis quantum dicendi copia poſſit, oſtendit; ita in duobus ad Glauconem therapeuticis; Arte Medica, & aliis fortè paucis, quantum artificioſa breuitate valeat, declarauit. In libro tertio De reſpirationis difficultate, malle ſe eſſe loquacem ſcribit, quàm ſuſpicionem falſi dogmatis incurrere; huius enim nulla ſolatia eſſe ait; loquacitatis verò, aliqua, deinde hortatur eos, qui etiam pauca faſtidiunt, vt quæ voluerint ſibi deligant, reliqua ceu non ſcripta tranſgrediantur. Quemadmodum (inquit) in ſplendido epulo, quum multa ſint apparata, alius aliud eligit, hoc quidem, vt dulce, aliud verò, vt ſalubre; ſic etiam ſermonum apparatum, opiparum eſſe oportet, electionem autem in vtentibus. In fine tertij De pulſibus dignoſcendis, quum eos conuiciſſet qui φιλοριστίας, ceu morbo laborantes, omnia definire volunt, etiam manifeſta, & de quorum recta ſignificatione nulla eſt dubitatio, quum interdum veras definiendi rationes non didicerint. *Ego* (inquit) *de quaque re ad definiendum propoſita, demonſtraui dici poſſe totum diem; nec alios hac in re nimios accuſo, quòd ipſe verbis ad definiendum accommodatis deſtituar: ſed quum omnium me ad eam loquacitatem eſſe inſtructiſſimum intelligerem, humanitatis duxi eſſe, ſi artibus inſudantium haberem rationem, veritatémque ſine oſtentatione aperirem, & eorum quæ nouiſſem ſemper diſtinguerem vtilia ab inutilibus.* Libro ſeptimo Methodi; *Neque*, inquit, *grauari debemus, iterum atque iterum ſermonem repetere, quò nunc ſaltem Medicorum vulgus veram methodum condiſcat.* Et libro tertio De differentiis pulſuum; *Vbi ergo*, inquit, *homines qui nec Logicam ſpeculationem accuratè tenent, nec interpretari queunt, ad res aſpirare, quæ ſuperant ipſorum facultatem, audent, cùm ipſi verba funditant, tum reprehenſiones impellunt, licet maximè ſtudeant breuitati, in eandem orationis prolixitatem, id ſcilicet, quod mihi nunc vſu venit. Siquidem à mea perpetua breuitate diuellit ipſorum me numerus erratorum, tamen faciam etiam hîc vt ſim, quantum poſſum, breuis. Breuitatis quidem ſtudio, plerumque minoris momenti quædam prætereo data opera.*

CAPVT XXIX.

Lectionem operum Galeni non Medicis ſolùm, verùm etiam literatis omnibus Grammaticis, Rhetoribuſque, & aliis philologis perutilem eſſe.

DEMOCRITVM Hippocrati hæc ſcripſiſſe legimus χρὴ πάντας ἀνθρώπους ἰατρικὴν τέχνην ἐπίστασθαι *omnes homines artem Medicam ſcire oportet*, καλὸν γὰρ ἅμα καὶ ξυμφέρον ἐς τὸν βίον *ad vitam namque præclara ſimulque perutilis res exiſtit.* Vbi verò ars hæc diuina condiſcitur? Vbi tantæ ſcientiæ præcepta conſcripta proſtant? In cedrinis Galeni operibus. Artis quidem fundamenta ac elementa iecit Hippocrates, ſed eam numeris omnibus integram edidit Galenus doctiſſimis eius monumentis proditam. Hæc autem Medicis omnibus pernecesſaria, cæteris verò hominibus eſſe perutilia concedendum. Hominibus certè vniuerſis ſalubris vita ſummo deſiderio deſideratur, proſcripta ſanitas reuocanda, ac reſtituenda; præſens conſeruanda; concidens erigenda; conualeſcens, ſtabilienda, ſed eâ quam libri ſex de ſanitate tuenda ſcripti edocent, methodo, & libri De alimentorum facultatibus, ac De probis prauíſque ſuccis; & in librum Hippocratis De alimento commentarij, quemadmodum & qui in Hippocratem De aëre, locis & aquis, & qui cæteri ſexto noſtræ editionis tomo comprehenduntur. Cuique homini ſaluberrimum eſt Apollinis oraculum ſapere, quod ad ſui cognitionem quemque virum concitat. Hanc autem ex corporum diſſectione, prout ipſa in adminiſtrationibus anatomicis, in libris De vſu partium, & cæteris tomo quarto concluſis conſcribitur, facillimè conſequemur. Homini proſperrimum ac ſanctiſſimum eſt, Dei notitiam aſſequi εὐδαιμονίας γὰρ καὶ μακαριότητος ὅρος οὗτος *hic enim proſperitatis ac fœlicitatis finis eſt*, quemadmodum Philo ſpeculabatur. At diuinos de vſu partium libros reuoluite, & his vobis ſummi naturæ humanæ Archetypi cognoſcendi & adorandi ſcientia demonſtrabitur. Non enim ἀόρατος Deus niſi per ſuam imaginem aſpectabilem, quod δημιούργημα diuinum homo ipſe eſt, agnoſcitur, cuius ſtructura his & cæteris anatomicis operibus innoteſcit. Quod autem literatis omnibus Galeni opera profutura ſint, & ex his cuique arti emolumentum ac decus exurgat, mecum iamiam perpendite. Ac primùm huc accedant Grammatici linguæ Græcæ ſtudioſi; qui Attica, aut Ionica, aut communi dialecto orationem congruam contexere poſtulant. Si namque Theſſalum aut etiam Hippocratem σολοικῷ λόγῳ conuincat Galenus (quemadmodum iam ex prorrhetici commentariis annotauimus) hi ab omni ſolœciſmo, ac loquendi erroribus alieni procul emergent. Deinde verò qui rhetores ac oratores pleni atque perfecti futuri ſunt, vt de omnibus rebus variè copioſéque dicere, ac verbis ad audiendum iucundis & ſententiis ad probandum datis vti queant, hi tum ad ſubiectum Medicinæ corpus humanum anatomicis Galeni libris deſcriptum ac diſſectum, tum ad ea ſubiectum illud ſpectãtia quamplurima quæ de ſimplicibus ac compoſitis medicamentis & alimentis agunt opera ſtudio properent, illic illic puritatem, delectum, & copiam verborum, ſtili elegantiam, ſententiarum, dogmatum, & argumentorum meſſem ac vim prodigioſam colligent. Priuatim ſanè philologi homines, qui vocabula magis, ceu vmbras rerum, quàm ipſas res captant, & veluti venantur, οἱ ὀνοματοθῆραι, πολυΐστορες magnam nominum ſyluam ex his libris haurient, vt

omne genus ſtirpium, ac ſimplicium medicamentorũ, morborum, & humani corporis partium, & alia quædam Medicæ artis, eiuſque partibus Chirurgicæ, ac Therapeuticæ peculiaria; variæ autem cognitionis miſcellaneam congeriem ex aphoriſmis, aut Aphoriſmorũ Commentariis, & cæteris quibuſdam; ita continget vt eruditione inſtructis multiplici, quouis in loco, apud quoſuis homines, de qualibet re doctius ac elegantiùs vulgo hominum diſſerendi materia eis non deſit. Si pictores qui quæ cernunt ea ductis coloribus delineant, corpus humanũ partibus omnibus abſolutum cum decenti conformatione, & partium ſymmetria depingere voluerint, adeant priùs anatomica Galeni opera, ac potiſſimum adminiſtrationes anatomicas, libros de muſculis & oſſibus; ſi hominem morbo aliquo vel febre hectica, vel hydrope, laborantem, pathologica cõſpiciant Galeni opera; ſi herbam aliquam, arborem, aut aliam ſtirpem, de ſimplicium medicamentorum facultatibus libros reuoluant. Quę pictores coloribus, ea verſibus efformant ac parturiunt poëtæ. Hi verò ſi poëticum opus perfectum edere, quemadmodum ſuam Mineruam Phidias, optauerint temperiem ac ſymmetriam, intemperiem ac ametriam tum vniuerſi tum partium corporis humani Galeni operibus concluſas ſcrutentur & examinent; ſi fabulas quaſdam conſtruere velint, aut nouas metamorphoſes quæ tectam rei veritatem adumbrent (quales de Daphne, de Croco, de Electro ac ſimilibus plerique concinunt) adeant priùs de ſimplicium medicamentorum facultatibus libros, ne in eorum facultatibus deſcribendis inconcinnos ac diſſonos in errores procidãt. Præclarè Philo Medicis conſimiles eſſe in ciuitate leges, & Magiſtratus legitimos, Senatores, Iudiceſque tulit, *οἱ φροντίζοντες τῆς τ̃ κοινῶν σωτηρίας, καὶ ἀσφαλείας ἀκολάκευτοι, qui communi ſaluti ac ſecuritati inexorabiles prouident*. Quare iudicibus, iuriſperitis, magiſtratibus ac principibus Medica præcepta ac dogmata perutilia, proindéque Galeni libros quibus hæc concluduntur reuoluendos ac legendos eſſe contendimus. Nam quemadmodum in optima corporis humani ſtructura, in humorum & partium ſimilarium εὐκρασίᾳ, organicarum ſymmetria, & omnium ἑνώσει ſanitas; in deprauato autem corporis ſtatu, partium ſimilarium dyſcraſia, & organicarum ἀμετρίᾳ καὶ ἑνώσεως λύσει morbus aſtruitur: Sic etiam in optimè conſtituta ac gubernata ciuitate ac Monarchia, actionum ac ordinum ciuilium harmonia, & triplicis hominum ſtatus, Theologorum, nobilium ac plebeiorum ſymmetria & omniũ vnione & conſpiratione ſalus, vt & deprauato ſtatu, diſcordia, ac diuortio publicum exitium reſidet. Et quemadmodum Medici prauos corporis humani humores alloioticis remediis, attenuantibus, incidentibus ad purgationem præparant, & purgando euacuant; & vbi ferinum vlcus, aut gangræna partem obſederit, ne pars emortua corpus quoque vniuerſum perimat, ipſam igne & ferro reſecant: Sic qui reipublicæ præſunt, vitioſos mores & prauas ciuium actiones quibuſdam remediis reprimunt ac coërcent, grauiores grauioribus pœnis euertunt, ac flagitioſos perditóſque homines laqueo, ferro, & igne è medio tollunt, ſicque vniuerſam rempublicam ſaluam & incolumem tuentur.

CAPVT XXX.

Lectionem operum Galeni Philoſophis omnibus, Logicis, Ethicis, ac Phyſicis, perutilem eſſe.

NOn equidem vmbras Philoſophia, ſed res ipſas certis circumſcripta limitibus, & conſpicua veritatis lumina ſectatur. Huic autem Medicinam iunxit Galenus, & Philoſophiæ Medicinam vniuerſi ſororem agnoſcunt. Quemadmodum ad artem medendi adipiſcendam planè neceſſaria eſt Philoſophia; ſic ad Philoſophiam vniuersè conſequendam Medicina rerum omnium complementum adfert. Vtrique corpus naturale ſubiectum eſt, huic quidem ſanabile, illi verò mobile. At Philoſophiæ prior pars Logica præcurrit, quam Medicis omnibus perutilem imò neceſſariam eſſe profitetur Galenus, qui in Romanos ſui temporis Medicos inuehitur, qui nullis Logicæ præceptis armati vera à falſis ſecernere, & genera ſumma ad ſpecies vſque infimas diuidere, penitus ignorabant, Quæ in Logica priùs diſcenda ſint; Quòd Logicæ initium ſit prædicamenta diuidere; Quæ Logicæ ſint principia; Et quòd illis adhibenda ſit fides ſiquid demonſtrandum ſit, & conſimilia multa in libris methodi leguntur. Vtinam libri de demonſtratione Galenica nobis ſuppeterent, his ſanè tum Logica, tum ars Medica illuſtrior ac perfectior conſpiceretur. Quæ pars Philoſophiæ omnium vtiliſſima pleriſque probatur, Ethica ſeu Moralis vocata eſt, quæ mores, actiones & ſtudia vitæ priuatim publicéque informat. Qui Morales Philoſophi morum & affectuum animi ſiue perturbationum cauſas intelligunt, & quòd animi mores corporis tẽperamentum ſequantur, & quæ ſingularum animæ partium in hominis corpore ſint inſtrumenta, quantúmque pro diuerſis temperamentis diuerſa ſint; & qui ex immoderatioribus perturbationibus quot & quanta naturæ vehiculo mala oboriantur animaduertunt, ij & opportuniùs ac doctiùs de his diſſerere, & ſibi ſapere, & ipſa vita, agendíque ſtudiis veram doctrinam & virtutem præ ſe ferre poterunt. Extant inter alios egregij duo, & ἐμπράκτοι huius authoris libri, De dignoſcendis & curandis animi affectibus ac vitiis, in quibus vt & in libris De Hippocratis & Platonis placitis virtutes ac probas actiones laudibus euehit, vitia verò ac potiſſimum ambitionem & auaritiam ita damnat, vt paſſim eius virtutes ſcriptis & oratione tanquam ſpeculo eluceſcant, ad quas viri exemplo & doctrina quiſque lector raptus non modo moralem, verumetiam Chriſtianam felicitatem conſequetur. Phyſicam pulcherrimam Philoſophiæ partem vocitant quòd naturam ſpeculetur pulchritudine floreſcentem, à qua tanquam vberrimo fonte artes quamplurimæ ac Medica ſcaturiunt. At non ſolùm naturæ cognitio ad Medicinam confert, cui ſibi ſubiectæ & ὑπαλλήλῳ arti principia, dogmata, & axiomata ſuppeditat; verùm etiam viciſſim ars Medica rerum ad corpus humanum ſpectantium, quas complectitur, amplitudine Phyſicam illuſtrat. Nam vtrique corpus ſubiectum eſt, huic naturale, mixtum, mobile, illi humanum ac ſanabile. Enimuero Medicina tota circa humanum corpus verſatur, ad quod quæcunque cæteris inſunt corporibus, aut quæ externa patent, ἀναλογικῶς referuntur. Ignotiora namque ad id quod notius eſt referri perpetuò aſſolent. Itaque multarum rerum cognitio ex poſterioribus, vt quæ nobis ac ſenſibus manifeſtiora ſint, magis eluceſcit; vt animæ partium ſeu facultatum ex ipſis actionibus; harum verò ex corporis partibus ipſis addictis quæ per anatomen cognoſcuntur. Anatome autem partium internarum & externarum vniuerſi corporis Phyſicæ Philoſophiæ opus eſt, ab Ariſtotele primùm accuratè explicata, à Phyſicis tamen propè deſerta, ſolis exculta eſt Medicis quorum Galenus omnium accuratiſſimus extitit. Huius rei fidem faciunt ampliſſimam multa anatomica opera, in quibus non ſimplicem duntaxat hiſtoriam tradidit, vt in animalium hiſtoria Ariſtoteles; ſed in aliis quoque libris vſum & cauſas ſingulorum adiecit, vt in libris De partibus animalium, eorúmque cauſis Ariſtoteles; cui multa

certè

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 130 sur 151

certè ſunt ignorata, circa præcipuas etiam corporis noſtri partes, & principum animæ facultatum inſtrumenta. Galenus verò multa imperfectè, aut obſcurè ab Ariſtotele dicta compleuit & explicauit; multa etiam falsò redarguit; vnde vniuerſa etiam animæ, quâ viuimus, ſentimus, mouemur natura, ac vires, multò planiùs quã Ariſtotelis ſeculo, hodie conſtant. Age verò aliis quoque ſuis partibus Medicina Phyſicam vel perficit, vel illuſtrat, & plurima ſibi ac ipſi communia complectitur, non enim circa finem ſolùm totius Phyſicæ ſpeculationis, quæ in hominem deſinit, à cuius naturæ circa corpus, & facultatum corpori, animæque cõmunium conſideratione incipit Medicus; ſed ſingularum ferè partium & librorum Phyſicæ Philoſophiæ exitus ad medicam aliquam tractationem ingreſſum præbent, vt vbicunq; Phyſicus deſinit, incipiat Medicus. Primum enim de elemẽtis vniuersè agit Phyſicus; Medicus verò ſumptis ab eo principiis quibuſdam de elementis hominis duntaxat, eius naturam indagaſſe contentus, etiamſi quæ homini conueniunt, cæteris etiam plerіſque animalibus communia ſint, ita vt, qui hominis hiſtoriam nouit, animalium hiſtoriam magna ex parte nouerit. Deinde de iis qualitatibus quæ primæ dicuntur, & elementis primùm inſunt, quibúſq; omnes rerum naturalium mutationes aſcribuntur, vt calidi, frigidi, humidi, & ſicci actionibus, ac paſſionibus tum Phyſici docent, vt in quarto Meteororum inſcripto Ariſtoteles, tum in libris de tẽperamentis ac alibi Galenus. Tertiò ad mixta corpora tranſeunt quæ ex elementis conſtant; quorum prima ſunt inanimata, vt omne lapidum, metallorúmq; genus; de quibus pauciſſimum veteres Phyſici, quod extet, tradiderunt. Apud Galenum verò, alióſque Græcos Medicos & nominum copia eſt, & deſcriptiones, facultatéſque multorum ſunt explicatæ; vnde ſumpta occaſione doctiſſimus Georgius Agricola Medicus, plenam eorum hiſtoriam Phyſicè ſimul, ac medicè cõſcripſit. Quartò vniuerſum ſtirpium genus ſequitur; de quibus etſi Theophraſti libros habeamus doctiſſimos, ad imitationem Ariſtotelis librorum de hiſtoria, & partibus animalium conditos, ij tamen ne intelligerentur quidem, niſi ex Dioſcoride, Galeno, & paucis aliis præcipuè Medicis veteribus Græcis, occaſione ſumpta recentiores Medici Matthiolus, Dalechampius, Fuchius, Matthias, Lobelius Petrus Pena, Cluſius, Geſnerus & nonnulli pauci obliteratam ferè penitus omnis ſtirpium generis cognitionem reuocaſſent, vſque adeo, & philoſophi Phyſici, & omnes aliarum artium profeſſores ceſſant, ſolis verò Medicis, anatomica, metallica, phyſica, & huius generis cætera relinquunt; ita vt, periculum ſit, in tanta hominum tum negligentia, tum luxuria, ne tota ferè philoſophia ad ſolos deueniret Medicos, qui per initia quidẽ Phyſicis theorematis ſtudent, propter medicam artem, quæ ad rem familiarem eorum plerіſque neceſſaria eſt, multi verò iam prouecti, & acrioris ingenij, ex iis quæ neceſſario didicerunt, altiùs, à gradibus exempliſque naturæ, ad virtutes & ad Deum aſcendũt. Quinto ad animalia procedimus, quorum in animam ac corpus hiſtoria diuiditur. De anima autem, & diuerſis eius facultatibus naturalibus, vitalibus, ac animalibus multa multis in locis ſcribit Galenus, maximè verò in libris, de Naturalibus facultatibus, Déque placitis Hippocratis, & Platonis. Partium verò corporis accuratiſſimas deſcriptiones, & rationem omnem in Anatomicis, vt iam enarratum eſt, explicat. Singulorum verò plurimorum in diuerſis generibus medicæ ſimul & alimentariæ materiæ rationes, & nomina in diuerſis libris exponit, ex quibus itidem, & paucis aliorum veterum, vt Athenæi, & Plinij libris, recentiores Medici prima occaſione ſumpta, rebus ipſis cognitis ex eorum ſcriptis

A integras animalium hiſtorias perfecerunt, quemadmodum Geſnerus in quadrupedum, auium, piſciúmque hiſtoria; Auium verò & Aquatilium Bellonius, Aquatilium duntaxat Rondeletius. Quòd ſi argumenta librorum qui phyſici minores vulgo apud Ariſtotelẽ dicuntur (quales inſcribuntur de ſenſu & ſenſili, de memoria, reſpiratione, iuuentute, & ſenectute, longitudine, ac breuitate vitæ, de vita, & morte) ſpectes; de iiſdem omnibus Medici quoque diſſerunt, & multa ſanè meliùs, opportuniúſve docent, quàm hactenus Phyſici Philoſophi. Itaque genuina doctrina phyſicæ nuſquam extat aut accuratiùs, aut vberiùs quàm in plerіſque Galeni libris tradita. Quæ verò & quanta Medicinæ ac Phyſicæ
B ſocietas ac cognatio ſit, pulcherrimè Ariſtoteles in libro de reſpiratione his verbis explicat; Περὶ δὲ ὑγιείας, καὶ νόσου, οὐ μόνον ἐστὶν ἰατροῦ, ἀλλὰ καὶ φυσικοῦ, μέχρι τοῦ τὰς αἰτίας εἰπεῖν. ᾗ δὲ διαφέρουσι, καὶ ᾗ διαφέροντα θεωροῦσιν οὐ δεῖ λανθάνειν, ἐπεὶ ὅτι γε σύνορος ἡ πραγματεία μέχρι τινός ἐστι, μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον, τῶν τε γὰρ ἰατρῶν ὅσοι κομψοί, ἢ περίεργοι, λέγουσι τὰ περὶ φύσεως, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξιοῦσι λαμβάνειν, καὶ τῶν περὶ φύσεως πραγματευθέντων οἱ χαριέστατοι, σχεδὸν τελευτῶσιν εἰς τὰς ἀρχὰς ἰατρικάς. *At de ſanitate ac morbo non ſolùm Medici, ſed & Phyſici eſt aduſque cauſas diſſerere. Quatenus verò hi differant, & quatenus diuerſa contemplentur, haud ignorandum eſt. Equidem quòd con-*
C *finis ſit quadantenus hæc Medici Phyſicique tractatio, res ipſa teſtatur. Nam & Medici quicunque paulo elegantiores ac diligentiores ſunt, de natura diſſerunt, & artis ſuæ principia inde ſumere dignantur, & Phyſici omnes ferè, quicunque concinnitatis aliquid habent, naturæ tractationem aduſque Medicinæ principia perſequuntur.* Legat igitur Phyſicus Phyſiologicos primùm omnes Galeni libros, de Elementis, temperamentis, & naturalibus facultatibus, deinde libros tum adminiſtrationum anatomicarum, & de vſu partium, & cæteros ad humani corporis naturam ſpectantes, quos ſigillatim iam iam enumerauimus. His præterea addat pathologica opera, quorum vniuerſam
D doctrinam complectuntur quæ morborum & ſymptomatum differentias explicant, & quę ſimplicium medicamentorum elementorúmque materiam continent. Licet enim Medico prior ſit Phyſicus, proximè tamen illius eſt, quod Phyſicus κοινότερον, καὶ βραχύτερον protulit, id μερικώτερον καὶ διεξοδικώτερον pertractare; Et quæ Phyſicus ratione magis conſiderarit, hæc ille ad ſenſum magis transferat, & quæ Phyſicus generatim de animalibus omnibus, aut pluribus (cùm aliàs, tum in morborum, tum in remediorum genere) Medicus ad hominem contrahat. Denique cauſæ propè omnes rerum medicarum Phyſicis acceptæ ferendæ fuerint. Cauſæ
E namque principia quædam ſunt. Principia verò ab artificibus ſuperioribus mutuari conſueuimus. Sic autem propemodum ad Phyſicum ſe habet Medicus, vt artes, & ſcientiæ omnes ad primam Philoſophiam ſeu veram dialecticam, quæ prima & communia omnium principia, ac veritatis methodum edocet. Hæc, inquam, & conſimilia Medicum oportebat à Phyſiologis mutuari; quod herclè paſſim præſtitiſſet Galenus, ſi à Phyſicis prodita comperiſſet. Quoniam verò Phyſiologia nè hodie quidem à quoquam Phyſicis numeris omnibus perfecta eſt (etſi methodum & ſumma capita præclariſſimis ſcriptis mandauerit Ariſtoteles) coactus eſt ipſe aggredi, id quod ei adeo fœliciter ceſſit (vt & poſt-
F ea cæteris medicinæ auctoribus aliis in libris) vt contrà quàm fieri debebat, plura nunc habeant philoſophi naturales, quæ ex Medicorum libris addiſcant, & ſibi ſumant, quàm ex ipſorum libris Medici. Quum ergo ad Phyſicam tantopere conducat Medicina, adeóque in omnibus ei cognata, coniunctáque ſit, eædem omnino laudes, quæ totius Phyſicæ ſunt, de ipſa quoque

poterunt prædicari. Nam vt Phyſici ſubiectum eſt *μεγαλόκοσμος* mundus maior, & res in eo naturales omnes; ita Medici *μικρόκοσμος* mundus minor. Nihil autem in illo reperias rerum, affectionum, & actionum, cui non aliquid in homine reſponderit, quemadmodum in pleriſque Galeni operibus cuique Phyſico reuoluendis conſcriptum eſt.

CAPVT XXXI.

Artis Medicæ, ac librorum Galeni lectionem Theologis perutilem ac fructuoſam eſſe.

Diuinam Philoſophiam rerum diuinarum ſcientiam Theologiam vocitant, quòd ipſa Deum ſpeculetur, & ad diuinam fœlicitatem ſuis præceptis hominem prouehat. Quum autem verum amorem cognitio præcedat, hancque doctrina procreet Theologica, Deum ſanè altiſſimum primum agnoſcant Theologi neceſſe eſt. At is vniuerſi creator ac moderator potentiſſimus non ipſis humanis ſenſibus, ſed pia mente comprehenditur; Is λόγος τῷ fidei λόγῳ concipitur & agnoſcitur; is magnus orbis vniuerſi architectus non oculis ſed ſolis eius operibus conſpicitur. Celeberrimum autem omnium Dei opus homo eſt quem τύπον τινὰ καὶ χαρακτῆρα θείας δυνάμεως *characterem quendam & effigiem diuinæ potentiæ* Philo & proprio nomine Moſes vocat imaginem. Hunc ἄρχοντα ſtirpium, animalium & rerum mortalium principem apud Galenum partibus omnibus adornatum quales mundi conditor condidit, quærat Theologus, & nota ſibi Dei imagine, Deus ipſe prototypus quamprimum innoteſcet. Deum verum vnum eſſe Theologi credendum prædicant vniuerſi motorem primarium, qui ſolis fidei oculis conſpicitur; animam quoque corporis humani motricem ſola fide aſpectabilem proponunt. Age verò Sanctiſſimam Triadem Theologi agnoſcunt triplici perſona patre, filio, & ſpiritu ſancto diſtinctam, quæ perſonæ ſeſe ſub aſpectabili forma conſpicuas hominibus tradiderunt. Pater procreauit, reſque procreatas vberrimis alimentis cuique ſpeciei propriis aluit, auxitque. Filius propè omnes emortuas creaturas nobiliores vitali ſanguinis nectare reſtaurauit, & æterna vita decoratas aſtruxit. Spiritus ſanctus facultatum tum patris, tum filij vector, creaturis ſalutis motum & ſenſum elargitus eſt. Hæc Trias in augusta Dei imagine facultas triplex triplici parti principij inſidens eluceſcit. Naturalis hepati inſita vniuerſum partium orbem procreat, alit, auget; vitalis cordi incumbens per arterias vitæ ſpiritum partibus allatura aut ſeruatura vehitur; animalis in cerebro ſedens per neruos motum & ſpiritum partibus elargitur. Homo τὸ ζῶον λογικὸν diuinitatis radium ac ſobolem animam rationémque Deo ſibique communem à Deo ſortitus eſt. Sed anima animæque mens ſolis actionibus perſpectis, exploratiſque per anatomen earum inſtrumentis agnoſcitur. Ergo vt nos ipſos, vt animam, vt Deum noſcamus, notúmque colamus, iuſtis honoribus veneremur, & pia religione metuamus, amemus, adoremus hoc animæ domicilium medicinæ ſubiectum ab eo conſtructum, vt mens ſancta quæ ſola Deum capit, templum Dei optimi maximi ſacroſanctum inhabitet, admirari, & mirabilem partium omnium ſtructuram, proportionem, & opificium vniuerſum ſpeculari oportet. Hac in ipſa admiratione, qui copioſius & eruditius omnia noſtro Galeno inueſtigarit, docueritque, ante & poſt ipſum inuenio neminem. Certè ex fabricæ noſtri corporis inſpectione, quæ & quanta architecti omnium parentis potentia, ſapientia, atque bonitas eluceſcit. Vnde proculdubio, ſi vel naturæ ductum ſequamur, perfectiſſimum bonum ipſum eſſe, intelligimus; quis autem potentiſſimum non metuat, non reuereatur ſapientiſſimũ, non adoret iuſtiſſimum, non amet pulcherrimũ ſimul, ac benigniſſimũ? Et quoniam ex vera cognitione, actiones etiam rectæ manant, quis non ad ſummi illius boni (quod tanti facit, vt id vnicum cæteris omnibus anteponat) imitationem ſeſe comparet? In his autem duobus coniunctis, vt vera Theologia, ita quoque recta hominis Chriſtiani vita conſiſtit, cognitione, dico, & actionibus (quemadmodum ars medica, aliæque plurimæ in ratione & experientia) in his quidem magis, quod ad homines, quibuſcum verſamur, attinet; in illa verò tanquam fundamento cum firma perſuaſione, & fiducia coniuncto, tum magis, tum priùs, quod ad Deum. Actio namque hominibus vtilior eſt, animus verò Deo acceptior, vt in arte medendi vtilior eſt experientia, prior verò, & nobilior ratio. Sed eo reuertor, vnde digreſſus ſum. Itaque ſi ad Dei cognitionem ſimul, & ſecundum eam actiones non politicas ſolùm, ſed etiam meliores, & noſtræ religioni congruentes, corporis noſtri, eiuſque partium cognitio ex Galeni libris potiſſimum petenda, vtilis ſit, ad Theologiam profectò plurimùm confert, quod ipſe etiam Galenus intellexit qui ſub finem librorum de vſu partium hæc ſcriptis prodidit. *Nam ſiquis nulli ſectæ addictus libera ſententia rerum ſpeculationem inierit, conſpicatus in tanta carnium & humorum colluuie, tantam mentem habitare, conſpicatus quoque & cuiuſcunque animalis conſtructionem (omnia namque declarant opificis ſapientiam) mentis, quæ homini* κατὰ τὸν ἄνθρωπον, *alia lectio habet* οὐρανὸν, ideſt, *cœlo ineſt, excellentiam intelliget, tum opus de partium vſu, quod prius exiguum ſibi eſſe videbatur, perfectiſſimæ Theologiæ rerum principium conſtituet, quæ quidem Theologia multo eſt maior atque præſtantior vniuerſa Medicina.* Non igitur Medico hi libri ſunt vtiles, ſed multo certè magis Medico Philoſopho, qui totius naturæ ſcientiam ſtudeat ſibi comparare, eúmque oportet his potius ſacris (quæ perſpicua Naturæ opera in omnibus animantibus explicant) quàm Eleuſiniis, aut Samothratiis, nimis, quæ profitentur, obſcurè docentibus initiari. Tria potiſſimum artem Medicam complere videntur, ſubiectum artis corpus humanum; finis, ſanitas; & materia Medica triplex ex tribus deprompta, animalibus, ſtirpibus, ac metallicis. Quis Theologus ſacras ſcripturas ipſorum trium ignarus interpretabitur? Quis Theologus ſtructuræ ac conformationis naturalis hominis inſcius pſalmũ huncce explicabit? *Celebrabo te Domine, quia mirabiliter ſum formatus.* Num hoc canticum faciliùs enodabit? *Confitebor tibi domine, quia tuæ ſapientiæ magnitudinem declaraſti in mei corporis fabrica.* Nonnullas humanæ ſtructuræ partes ſpeculemur ac theologicè diſſecemus, & à capillis exorſi aduſque pedum extrema orationem perducamus. Cur Moſes Leuitis vt omnes ſui corporis pilos abraderent, imperauit? Cur in diuinis literis animæ, mentiſque cogitationes capilli hieroglyficè ſignificant? Cur Deus pater canitie figuratur, de quo apud Danielem hoc edictum, *Capilli capitis eius quaſi lana munda*, prædicatur? Caput diuinitatis, ac diuinæ prouidentiæ ſymbolum exiſtit, barba ſapientiæ, & perfectionis, hinc Dominus ad Aaronis filios, *non radent caput, neque barbam*: Superbiæ, ceruix; hinc Eſaïas, *filiæ Sion ambulauerunt extento collo*: Dorſum, fugæ; hinc pſalmus, *Quoniam pones eos dorſum*: humerus, virium; hinc Eſaïas, *poteſtas ſuper humerum eius*, Oculus humanus, Dei; hinc à Iacobo *pater luminum Deus* nuncupatur: Naſus, ſagacitatis; hinc illud ex libro Regum, *aſcendat fumus de naribus eius*, lingua, ſermonis; Cor, conſilij, & facultatis ratiocinatricis; hinc Paulus, *Qui*

oſtendunt

oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Iecur, cupidinis, hinc Salomon, *donec tranſigat ſagitta iecur eius.* Exciſus vmbilicus, caſtimoniæ; hinc Ezechiel ita lamentatur, *in qua die nata es, non eſt exciſus vmbilicus, vulua igitur matris adhæreſcit.* Pellis, mortalitatis; hinc Geneſis; *Et fecit eis tunicas pelliceas.* Manus, operis, & Filij Dei; hinc Eſaias, *omnia hæc manus mea fecit.* Pedes, vacillationis; hinc in Pſalmo legitur, *mei penè moti ſunt pedes*, ἐσαλεύθησαν, *vacillarunt.* Genua, miſericordiæ & humilitatis; Digiti, Prophetarum; hinc Dauid, *videbo cælos tuos opera digitorum tuorum.* Haſce omnes corporis partes, partiúmque ſpeculationem & doctrinam apud Galenum quærant & ediſcant Theologi, vt inſpecta partium natura, Metaphyſica & Hieroglyphica quæque myſteria doctiùs enuncient. Iam verò quæ materia medica ad hominem reducitur Theologis perutilis, ipſam paululum aduertamus à metallicis corporibus quæ è terræ aut aquæ penetralibus eruuntur, exordio ducto. Vt autem terra Maltenſis & bolus armena alexipharmaca & alexiteria ſignificant; ſic lapis, pietatis noſtræ ſtabilitatem; hinc Hebræi, *Quia petra mea & munitio mea*; etiam Chriſtum noſtrum; hinc Eſaïas, *Ecce ego mitto in fundamenta Sion, lapidem pretioſum, electum, ſummum, angularem, honorificum.* Lapis molaris, vitæ commercia. Aurum, prudentum inuenta & præſentium pretia; hinc propheta, *Odi illius aurum & argentum.* Carbunculus, animæ noſtræ igniculum; ſmaragdus, virorem, viuacitatem & virginitatem. Adamas inexpugnabilem virum ac Chriſtum, de quo Deus Pater. *Ecce ego ponam adamantem in medio populi mei.* Sapphyrus, imperium, ſummum ſacerdotium, Dei optimi, maximi ſedem, & cælum decimum; hinc diuinæ litteræ, *Intuebuntur pij quæ ſub pedibus Dei ſunt, quaſi opus lapidis ſapphyri.* Iaſpis, gratiam; Amethyſtus, ſobrietatem; vniones, lachrymas. Hortos Medicinæ ingrediamur, ac inde nobiliores ſtirpes Theologis explicandas concedamus. Ac primùm in diuinis literis palma, iuſtitiam ac piorum vitam ſignificat; hinc pſalmographus, *Iuſtus vt palma germinabit ac florebit*; Innocentiam ex Ambroſio & Cantico, *ſtatura tua ſimilis facta eſt palmæ.* Laurus, victoriam, ac remedium. Cedrus excelſiorem potentiam; hinc Eſaïas, *confringet dominus cedros Libani.* Myrtus, ouationem. Quercus, imperium firmum. Amygdala, ſenectutem, aut ſenectutis canitiem, vt & capparis concupiſcentiam; hinc Eccleſiaſtes, *florebit amygdalus, & pingueſcet locuſta, & diſsipabitur capparis, atque hæc inceptabunt homine iam in domum æternitatis ſuæ profecturo.* Cupreſſus, ac pinus, mortem; Colocynthis, amaritudinem; Apium, luctum; ſalices, caſtitatem; hinc Eſaïas, *quaſi ſalix ſuper fluentem aquarum oriuntur.* Morus, prudentiam; lotus, Dei aduentum; olea, pacem, condonationem, Eleëmoſynam, hinc Pſalmus, *Oliua fructifera in domo domini*; vitis, lætitiam, hilaritatem, Eccleſiam, ſanguinem; hinc pſalmographus, *ſanguinem vuæ biberunt.* Ficus, ſuauitatem ſublatam, hinc Dominus Nathanaëli, *quum eſſes ſub ficu, vidi te.* Malus punica, multarum gentium ſocietatem; hinc Eccleſia, *& cortex mali punici gena tua, & floruit vitis, floruerunt mali granatæ.* Roſa, bonum malo circunſeptum, vepres, ſcelera ac iniquitates; hinc apud Salomonem, *ſpinæ naſcuntur in manu temulenti.* Lilium album, Chriſtum, Angelos; hinc apud Salomonem, *flos campi, & lilium conuallium.* Lolium, prauos mores; hinc in Euangelio, *inimicus ſuperſeminauit Zizania*, hoc eſt, lolium inter triticum. Verbena, Diui præcurſoris caput; hyſſopus, elotionem &

A gratiam ſpiritalem; hinc pſalmographus; *aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor.* Mandragora, lætitiam, hinc ad Rachelem Lia, *Parúmne tibi videtur quòd maritum mihi præripueris, niſi Mandragoras etiam filij mei induſtria conquiſitas tibi vendicare cogites?* Sed à plantis ad animalia progrediamur. Num leo, fortitudinis, roboris, ac Chriſti hieroglyphicum exiſtit? Num elephantus, temperantiæ, æquitatis, pietatis, ac manſuetudinis? Rhinoceros robuſtum ac fortem ſignificat; hinc Iobus, *Nunquid vult Rhinoceros ſeruire tibi? terribilis fera Rhinoceros, cui gemina in naribus cornua.* Taurus, continentiam, ac temperantiam, modeſtiam, B iuſtitiam, Chriſtum; hinc Paulus ex Moſe, *non alligabis os bouis trituranti. Quaſi bos ductus ad victimam.* Canis rerum ſacrarum profeſſores, ac Prophetas, hinc Paulus, *cauete canes, cauete malos operarios.* Equus immoderatum impetum, hinc Deuteronomos, *Qui rex fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum.* Aſinus, populum Iudaïcum; Lepus vigilantiam, vulpes, dolum. Ouis & Agnus, Innocentiam; Camelus, fortem; talpa, hæreticos; Baſiliſcus, æternitatem; vipera, filium in matrem conſpirantem; ſcorpius, innocuam prauitatem in hoc Euangelio, *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones.* Ciconia, C pietatem & animum diuinis intentum; hinc pſalmographus, *Ciconia nidum ſuum ponit in abiete.* Miluus, rapacitatem; aquila Apoſtolos, hinc Matthæus, *vbi fuerit cadauer, illic & aquilæ congregabuntur.* Paſſer, voluptates & nequitiæ laqueos, hinc Pſalmus, *anima mea ſicut paſſer erepta eſt de venantium laqueis.* Columba, Cygnus, anſer, & alia volatilia aliorum conſimilium ſunt ſymbola. Sed quid hæc ac plura huc referenda prodeunt, quæ in Galeni libris de ſimplicium Medicamentorum facultatibus in libris de ſanitate tuenda, in commentariis libri de alimento, aliiſque in operibus ita prodita ſunt, & eorum om- D nium temperamenta, facultates, proprietates, & effectus deſcribuntur, vt inde Theologi ſuas parabolas, ſuas allegorias, ſua hieroglyphica depromere ac leui negotio doctius in vulgus efferre ac explicare valuerint.

CAPVT XXXII.

Galenum ab Hippocrate cæteros Medicos præcelluiſſe; cum Hippocrate, Platone, Ariſtotele, non autem cum Auicenna, aliiſque Medicis conferendum prodire.

E

SCholæ vniuerſi orbis, ſapientiæ ac litterarum, Platonem & Ariſtotelem Philoſophiæ; Hippocratem & Galenum Medicinæ præ cæteris principes extitiſſe communi ſuffragio concedunt; ac quidam tum Philoſophi, tum Medici cum Platone, quidam cum Ariſtotele Galenum ipſum conferunt. Quòd autem Galenus Platonicam & Ariſtotelicam Philoſophiam didicerit & amplificauerit, paulò antè iam à nobis enunciatum eſt, & quæ ab vtroque diſſentanea dogmata prodierint. Plato tanta Græcæ facundiæ amœnitate decoratus, & diuinæ ſapientiæ vber- F tate locupletatus fuit, vt melle dulcior eius flueret oratio, adeo vt ſi è cælo in terras migraſſet Iuppiter lingua humana vſurus, ipſum Platonicam eloquentiam eloquuturum eſſe vulgus protulerit. Deinde verò Plato de hominum fine, ac de diuina natura, cæteris altiùs philoſophis diſſeruit, hinc ſapientiæ Philoſophus Plato, ac diuinæ Philoſophiæ princeps,

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 133 sur 151

imò à Labeone ſemideus vocatus eſt, Deo quidem inferior, ſed homine ſuperior. Poſtremò Plato non modò omni doctrina eruditus eſt, ſed & omnium naturalium & diuinarum rerum cognitionem, omnium denique bonarum artium experientiam ſortitus eſt. At Galenus artium præcepta conſcripſit, Plato minimè. Galenus Græco idiomate loquutus eſt non obſcuris, aut conciſis orationis periodis, ſed qua pollebat eloquentia Aſiatica vberiùs ita contextis vt prælegentibus ſtudioſis flumina tum lactis, tum flumina nectaris fluere videantur. Neque verò iam priùs inuenta, ac dictata ſcripſit ac repetiuit Galenus, ſed plerumque memoratu digna Philoſophica multa, ac medica quamplurima ſuopte ingenio addidit. Hinc Auicenna Arabum Medicorum princeps Galenum inter Medicos principem vocitat, qui vniuerſos Medicos ingenio & ſapientia ſuperauit, cuius ſeſe dicit eſſe interpretem. Auerrhoës autem Philoſophorum Arabum Coryphæus verus Ariſtotelis interpres veracem Galenum vocat, cui nullus poſſit comparari. Admirantur omnes Galeni vitam, doctrinam, eruditionem, ſapientiam, omnium denique optimarum artium diſciplinarúmque peritiam. Ab hac Auerrhois ſententia nemo deflectit, nemo ipſum improbat. Quare factam Galeni cum Platone comparationem non iniquam eſſe concedimus. Iam verò Galenum cum Ariſtotele collatum contemplemur. Hi namque duo illuſtriſſimi viri conformes extiterunt, qui propria virtute, non maiorum ſtemmate, aut opibus ad rerum naturalium cognitionem acceſſerunt; verùm Ariſtoteles nondum prominentibus ac palmas ferentibus philoſophis Athenis claruit Peripateticæ ſcholæ princeps; Galenus autem ex paruo municipio ampliſſimam vrbem, orbis caput ingreſſus eſt. Aliud verò fuit Empedoclem, Meliſſum, Parmenidem iam mortuos inimicos habuiſſe; aliud fuit cum Theſſalo & cum Romanis Medicis ac Philoſophis pro rei veritate ac doctrina decertaſſe. Ariſtoteles in Philoſophia à Platone ſecundas habuit ſedes, ac præclara ſerie Philoſophica præcepta Logica, Phyſica, Metaphyſica, Ethica & Politica præclariſſimè tradidit. Galenus in Medicina principatum adeptus eſt, Medicorúmque omnium ab Hippocrate princeps præcepta Medica, imò vniuerſam artem partibus omnibus decoratam ac abſolutam reddidit. Ab omnibus Philoſophis vt Philoſophiæ Coryphæus laudatur Ariſtoteles, ſed nemo Philoſophus Galenum non probat, laudat, admiratur, tum præſertim in Logica Philoſophia, cuius nobiliorem partem explicabant libri de demonſtratione quamplurimi, qui hominum interitu interierunt; tum in Phyſica, cuius celebriorem partem anatomica & de vſu partium opera complectuntur in rebus naturalibus, & ad hominis ſtructuram ſpectantibus omnes citra controuerſiam palmam Galeno tribuunt, eúmque tanquam Phyſicorum dogmatum legiſlatorem ſectantur; ac Medici pleraſque Ariſtotelis ſententias Medicos decipere proferunt, ſed Damaſcenus palam profitebatur, vbi Galenus, & Ariſtoteles diſſentiunt, difficilè verum inueniri. An verò Auicennas Galeno conferendus eſt? Auicennas quidem Arabum Medicorum & Cordubæ princeps fuit, qui multa Medicinæ opera Arabicè conſcripſit, ac multa Medicamenta inuenit ac compoſuit, quæ priorum temporum Arabes etiam Græci non agnouerant. Vtinam illa ex Arabico idiomate in Latinam aut Græcam loquutionem nobis eo ſenſu eſſent prodita, quali priùs Arabicè fuerunt primùm edita. Ex iis enim tutiorem doctrinam docti, & vtiliorem opem ægroti perciperent. Galenus quoque & medica quamplurima ſcripſiſſe ac inueniſſe opera iam ſatis innoteſcit. Vterque domi, foriſque ſuos habuit æmulos, ſuos expugnauit aduerſarios, & arte ac ingenio, conſilióque res geſſit maximas. Galenus enim ſi expugnatis in Aſia Philoſophis in Italiam erumpere, Romanos docere, & contra Theſſalum ſcribere ſit auſus, quis ſapientiam eius non mirabitur? Laudi quoque datur quod aperto marte in Eraſiſtrati, Themiſtij Aſclepiadis, ac Dioclis dogmata, ſuas rationes ac decreta æquo animo protulerit. Auicennas Auerrhoëm maximum Philoſophum, imò fidum Ariſtotelis interpretem promulgatum, rationibus aggreſſus expugnauit. Quicquid tamen in Auicennæ decus ac commendationem tum Philoſophi tum Medici enunciarunt, id ipſum Arabem haud ſatis à vulgari Medicorum turba prouehit vt cum Galeno prodeat conferendus.. Hebræus Raby Moyſes eſto iudex, qui vtriuſque conſortio vſus de Galeno hæc protulit. Galenus quidem in arte Medica vniuerſa nouit, ac plura quàm quiuis alius cuius famam audiuimus, aut ſcripta vidimus; & in re Medica, cui mentem totam addixit, ſaniùs quàm Ariſtoteles edidit. Doctrina vero tanta in Galeno fuit, vt Rhaſis Galenum & intelligendi ac dicendi grauiſſimum authorem fuiſſe diuulgauerit. Vt autem Tullius malebat cum Platone errare, quàm cum cæteris rectè ſentire: Ita ſanè malint viri Medici potiſſimùmque Galli cum Galeno in errores procidere, quàm cum Auicenna, aut Auerrhoë vera ſapere. Vt enim Auicennas ac Arabes cæteri Medici à Græcis artes ac ſcientias mutuati ſunt: ita ex Galeni operibus ſuas Medicinæ ſynopſes, ac Logica dogmata collegerunt. Denique Auicennas ſe duntaxat Galeni interpretem, non autem parem Medicorum omnium principem vocitat. In conuiuio illo celeberrimo, quod Athenæus Dipnoſophiſtarum titulo deſcripſit, & quo Laurentius quidam Romanus doctiſſimos quoſque ex omni ſcientiarum genere excipiebat (omitto Philoſophos, iuriſconſultos, poëtas, rhetores, grammaticos) tres Medici aderant, Galenus, Rufinus Nicaënſis, & Daphnus Epheſius, qui & Medicus veluti ſacer habebatur, & Academicus excellens. Sed Daphni, & Rufini, præter hæc nomina, nihil opinor ſupereſt; Galeni verò ſcripta optima, & maxima quæque; adeóne nominatiſſimi quidem eiuſdem ætatis Medici, vel aliqua ex parte cum eo comparari potuerunt? An verò cum Hippocrate Galenus conferendus? Vterque Græcus erat Medicorum omnium princeps virtutum & ſcientiarum omnium amaſius. Verùm Hippocrates Galenum tempore præceſſit; primus artis ſemina & fundamenta iecit; primus medica documenta poſteris tradidit. Galenus verò ſucceſſit Hippocrati; proiecta artis ſemina excoluit, irrigauit, propagauit; artis fundamenta aſtruxit, obſcuriora præcepta dilucidauit; conciſa amplificauit, & artem numeris omnibus integram efformauit, deditque. His paucis ſed præclaris encomiis Champerius Medicus Galenum euexit. Erat in Galeno Chryſippi dialectica, Ariſtotelis Philoſophia, Platonis Theologia, Euclidis Geometria, Ptolomæi Aſtrologia, Pythagoræ Muſica, Demoſthenis facundia, Homeri ars Poëtica, Hippocratis Medicina. Quas ob res vterque Medicinæ ac Medicorum omnium princeps vt veteribus omnibus, ſic poſteris in perpetuum æuum erit admirationi.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 134 sur 151

CAPVT XXXIII.

Galeni peregrinationes, & res geſtæ in peregrinationibus ac potiſsimum Romæ.

EX Hippocratis lege Medicos ἀπρεκέως αὐτέης ἰατρικῆς γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας φοιτεύοντας, μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. *Eius artis Medicæ vera cognitione percepta, hoc modo vrbes obeundo, non ſolùm nomine, ſed etiam opere Medici exiſtimationem tueri oportet.* Galenus Hippocratis legibus ac præceptis prorſus addictus, omnibus Medicinæ præceptis priùs imbutus Pergamo diſceſſit alias regiones & gentes; aliud cælum & ſolum; alias ſcientias & artes; alias ſiquæ ſint medendi methodos; alios affectus, & alia remedia indagaturus. Primùm namque totam Græciam ac Aſiam, maximè verò eminentiores ac celebriores ciuitates ac regiones peragrauit, Alexandriam ac vicinam Ægyptum perluſtrauit, ad Palæſtinam Syriæ, in Cyprum inſulam inſignem metallorum inſpiciendorum gratia appulit, ac inde cadmiam, pompholygem, diphryges, ac ingentem chalcanthi copiam in patriam exportauit. Lyciam quoque ſola rerum inueſtigatione pellectus paruo nauigio totam præteruectus eſt. In Ciliciam, Phœniciam, Palæſtinam, Scyrum ac Cretam venit. Præterea verò in plures Orientis prouincias ſe contuliſſe teſtatur, inter quas præcipuas Ciliciam & Syriam intelligit. Quidam, ſed citra teſtes, narrant Galenum Athenis philoſophiæ ac Medicinæ primùm ſtuduiſſe, ac poſteà adoleſcentem Romam adijſſe, illicque philoſophos, Mathematicos, ac Medicos omnium præſtantiſſimos quæſiuiſſe, ac conueniſſe, eorum doctrinam ſcrutaturum, & adepturum, vnde quum de Athenis ac Roma loquitur, ſeſe vtriuſque encomiaſten prodit, quum Athenis paucos fatuos ac imprudentes, philoſophos verò fuiſſe quamplurimos; & probos Romæ haud prauos euadere profert. Verùm ex eius commentariis certiùs conſtat ipſum priùs quas memoraui regiones peragraſſe, deinde verò annos octo & viginti natum ex Alexandria in patriam ſe recepiſſe, & quæcunque noua in exteris locis nouerat, eorum participes ſuos amicos feciſſe, & quæ inde attulerat medicamenta patriis medicis exploranda medendo dediſſe. Quum autem Galenum iuuenem medicum, ſedulum, vigilem & expertum Pergameni communi ciuium ſuffragio extollerent, quod eo tempore vulnerum neruorum curationem primus excogitaſſet, vrbis Pontifex gladiatorum curationem ei ſoli quamuis iuueni commiſit, quæ tam fœliciter ſucceſſit, vt quanuis plerique à prioribus ac ſenioribus Medicis curati interiiſſent, nemo tamen aut neruorum aut alio vulnere oblæſus occubuerit, proindéque meritò ſuccedentes tres aut quatuor Pontifices, Galeno gladiatores curandos tradiderunt. At oborta Pergami ſeditione Galenus haud diu in patria commoratus, trigeſimo tertio ætatis anno Romam iuuenis profectus eſt, quam vrbem caput mundi cum Polemone ob hominum multitudinem, orbis terrarum compendium in libris de articulis appellauit. Sed quid Romæ geſſit Galenus? Quicquid Philiatros, aut medicus vbicunque peregrinus ad artis gloriam, ac nominis incrementum geſturus eſt. Primùm namque Ciues Romanos, moribus, virtutibus, authoritate ac fama percelebres ſibi amicos, ſibique beneuolos conciliauit, quales fuiſſe prædicat Eudemum Peripateticum, & Alexandrum Damaſcenum, qui poſtea Athenis publica Peripateticæ diſciplinæ profeſſione dignabatur; Sergium Paulum Conſularem qui paulò poſt Prætor vrbanus extitit, virum tum rebus publicis tum diſciplinis Philoſophicis in omnibus inſignem, Fabium Boëthum virum ſingularem, & alios multos, quibus præſentibus multas diſſectiones moliebatur ac demonſtrabat. Deinde verò tum Philoſophos tum medicos quæſiuit, eorum conſortium inijt, omnium doctiſſimos ac ſapientiſſimos ſibi habuit præceptores, imperitos verò aut edocuit, aut ne ab illis oblæderetur, deſeruit. Quòd autem præceptores Romæ Medicos habuerit Galenus, id libro de Theriaca ad Pamphilum hiſce verbis explanat. *Romæ quoſdam è præceptoribus meis obſeruauimus in* αἱμοπτυϊκοῖς *hominibus eo remedio vti conſueuiſſe quod ex ſubere conſtat.* Tertiò loci tum ſitum, tum gradum latitudinis & longitudinis percepit, & animaduertit, vt vrbis ſtatum, & incolarum temperamenta, ingenia, mores, ac naturales & præter naturam etiam vernaculos affectus agnoſceret. Ipſe rei fidem facit, quum maximos dies ac noctes Romæ quindecim horarum, aut paulo maiores in libris de ſanitate tuenda notauit. Hinc Romæ bonos non malos fieri protulit, ſed prauos prius exiſtentes malè agendi materiam nanciſci. Quartò quæ ad τὰ Romanorum ὑγιεινὰ ſpectabant, ſcrutatus eſt, vnde commentario in ſextum Epidemiῶn eorum qui Romæ erant fontium elegantiam ac multitudinem admirabilem laudat, quorum nullus fœtidas aquas, aut medicatas, aut turbidas, aut aſperas, crudaſque effundebat. Damnat autem eas quæ ex Tiburtinis montibus per lapideos ductus Romam deriuabantur, tanquam crudas ac omnino vitioſas. Damnat quoque aquas niue & glacie refrigeratas Romæ vt Pergami copioſiſſimas. In tertio de alimentorum facultatibus libro duo caſei genera cæteris præfert, alterum Pergamenum quem oxygalactinum, alterum Romanũ quem βαθυὼ nuncupat. Quintò medicamenta tum ſimplicia tum compoſita, quæ Romanis erant vſui, conſpexit, ſcrutatus, & expertus eſt. Hinc in libro de Antidotis narrat Romæ ſimplicia optima eſſe, & quotannis præſtantiſſima quæque ſimplicia ex omnibus prouinciis Romam comportari. Paulò poſt, *Medicus*, inquit, *omnium ſtirpium ſi fieri poteſt, peritiam habeat, conſulo, ſin minùs, plurium ſaltem, quibus frequenter vtimur. Ego equidem in Italia multis in locis inueni, quæ neque in ortu, neque in incremento iſti Medici nouerunt, qui ſtirpes ſiccas tantummodo cognoſcunt. Nullus extat Romæ vnguentarius, qui Cretâ allatas herbas, & ipſarum ſemina non agnoſtat, at in ſuburbanis vrbis non paucas ex ipſis naſcentes prorſus ignorant, idcircoque nec quo tempore ſemen ferant, obſeruant. Ipſe verò & chamæpityn, & chamædryn, & thlaſpim & centaureum, & hypericum, & polium, & cæteras id genus herbas Romæ vidi, quas obſeruato vigoris tempore, neque æſtiuo ſole arefactas, neque citiùs quàm par fuit, euulſas collegi, nondum maturis ſeminibus.* Quòd autem pharmaca, electuaria, antidota, & cætera compoſuerit Galenus, iam ampliſſimè innotuit tum ex ijs quæ inter τὰ φάρμακα recenſuimus, tum ex compoſitionum principe Theriaca quæ tunc temporis apud Romanos Imperatores tanto in pretio fuit, vt ipſius parandæ ac conficiendæ munus ſolis primariis Aulæ Imperatoriæ Medicis committeretur. Quumque Antoninus Archiatro ſuo Demetrio Theriacam paranti & componenti Galenum ſemper aſtitiſſe animaduertiſſet, eo mortuo id munus ſoli Galeno Auguſtiſſima Maieſtas demandauit, quæ quum Theriacam quotidie aſſumeret, eius facultates accuratiſſimè dignoſcebat, vnde quæ à Galeno prima confecta fuit antidotus, ea cæteris adeo præſtare viſa eſt, vt deguſtata, medicamenti concoctionem (quod in aliis fieri ſolebat) expectare noluerit, ſed

quamprimum ea vſus ſit Cæſar etiam ante duos menſes à peracta compoſitione elapſos. Qui Antoninum ſubſequutus eſt Commodus, nec theriacæ, nec aliorum curam habuit vllam, quo factum eſt vt Imperator poſtea Seuerus quum theriacam conficere eodem modo quo Antoninus, Galeno præcepiſſet, ſimplicium materia, quæ Trajani, & Antonini temporibus repoſita fuerat, vti cogeretur, imbecillior planè extitit antidotus. Sextò Endemios familiares ac frequentiores ciuitatis morbos animaduertit & agnouit, ac occurrentium ægrorum curationem ſuſcepit. Hinc commentario in primum Epidemiōn ſecundo hæmitritæum febrem Romæ incolis vernaculam ac frequentiſſimam conſpexit. Quod autem ægrotos Romæ plurimos curauerit ac ſanauerit, teſtantur eius opera, quibus innoteſcit Eudemum ætate iam ingraueſcentem quartana triplici per hyemem ob intempeſtiuum theriacæ vſum laborantem, tempeſtiuo eiuſdem antidoti vſu à Galeno ſanitatem recuperaſſe. Sic & iuuenem quartana quoque iacentem euentum morbi præfatus ſanauit. Sic familiarem Charilampi cubicularij neruo vulnerato proſtratum curauit. Curauit Demadem Rhetorem; vxoris Iuſti amores detexit curauitque, quemadmodum & ſeruum diuitis ob prauam rei domeſticæ adminiſtrationem oborto metu contabeſcentem. Siculum medicum hepaticum; Boëthi vxorem humida intemperie & muliebri fluore aquoſo, proindéque fœdis coloribus affectam, alióſque quamplurimos curauit, quos eius opera ſtudioſis ampliſſimè diuulgant. Quum autem rerum quamplurimarum Medici ſapientiæ digniſſimarum inſpectione noſtri archiatri animus continuò teneretur, Romam celeriori qua potuit occaſione reliquit, ac tres annos ibi commoratus & ingruente magna peſte expulſus in Alexandriam denuò profectus eſt, vnde quòd antea res eius ſingulares ac pretioſas iam nouiſſet, quamprimum diſceſſit, & ad Palæſtinam opobalſami quærendi ac aſportandi, & bituminis inſpiciendi deſiderio deuectus eſt. In Lyciam minoris Aſiæ regionem nauigauit, quò quæcunque in ea rara ſunt, inſpiceret. Vniuerſum Lyciæ littus perluſtrauit vt Gagatem fluuium in quo plerique lapidem inde gagatem dictum procreari iactitant, detegeret, ſed neque fluuium illic, neque lapidem gagatem ſeſe comperiſſe aſſerit, ſed cruſtaceos lapides nigros, qui in ignem proiecti exilem flammam ederent, compluréſque ex Cœleſyria aſportaſſe, in colle mare mortuum circundante productos. Bis in Lemnum Ægæi maris inſulam nauigauit, vt quæ de terra lemnia tradebantur veráne eſſent præſens inſpiceret, & ipſius copiam ſecum aſportaret. Prima namque profectione quum ex Aſia Romam Imperatoris iuſſu pedeſtri itinere per Thraciam & Macedoniam proficiſceretur, potius à Troade Alexandria in Lemnum adnauigauit, non tamen ad eum, vbi terra Lemnia reperitur, locum à Nauclero deductus eſt, itaq; ad ſuum in Aſiam reditū diſtulit. Secunda verò, quum in Aſiam ab Italia rediret, Macedoniam traiecit, totamque pedeſtri itinere peragrauit, Philippos peruenit ciuitatem Thraciæ finitimam, in mare deſcendit, Thaſon tranſit, in Lemnum Heſpheſtiada deductus eſt, vbi ſacerdotem terram lemniam colligere, ac citra ſanguinem hircinum, aut caprinum parare, eiuſque facultates ex libro patrio conſcriptas agnouit. Quum autem de aquoſo vino febricitantibus idoneo loquitur Galenus, plurimas regiones memorat, vbi eiuſmodi vina proueniunt, vt in Italia imbecillum Sabinum, in Aſia Titacazenum, & Tibicenum; talia comperit in Cilicia, Phœnicia, Palæſtina, Scyro, Bithinia, & Creta, etiam in Ægypto, quas omnes regiones noſter Coryphæus Medicinæ peragrauit. Ac ſanè Alexander ſcribit in Ægypto vina

A fieri debilia, quòd calore regionis inteſtinus terræ calor expirans vites quibuſcunque alterationibus obnoxias non tueatur, neque fructum validum concoquat, procreétque. Contrarium verò in Scythia euenire. Campaniam quoque ſe adiiſſe prodit Galenus quum illic quemdam renum arenulis aut lapillis laborantem gracili donatum corpore, cui attenuantia inſalubria ac inimica erant, hordei cremore ſeu ptiſſana, ac piſcium ſaxatiliū & pelagiorum; carniū quoq; lentæ ac glutinoſæ ſubſtantię expertium vſu curauit. Quum ex Alexandria in patriam rediret, ex itinere in villam quandam diuertit, vbi ægrotabat dominus, ac penè vuulæ, ac amygdalarum glandium tumore ſuffocabatur; B Quum autem illic deeſſent alia remedia, ac iam nuces matureſcerent, conſiderata corticum natura auſtera & aſtringente, ex illis corticibus expreſſit ſuccum, cui mel addidit, quo remedio ægrum ſubitò liberauit, eodémque ſemper ſe feliciſſimè vsū narrat. Imò libro De locis affectis quarto ægrotos, quales ſuffuſione affectos, antea ſibi ignotos, nec conſpectos, quod in alienis terris degerent, ſe curaſſe profitetur. Sic ex Iberia, Celtica, Aſia, Thracia, cæteriſque regionibus per epiſtolas ab eo poſtulata remedia oculorum affectibus curandis idonea, qualem hieram picram eſſe memorat, acceperunt. His vnum addam minimè prætermittendum. Quidam iuuenis C quintum morbi diem agebat, quo quum Medici venam incidere decreuiſſent, nec mittendi ſanguinis indicationes dehortarentur, Galenus opportunè quidem eos in opinionem mittendi ſanguinis veniſſe protulit; verùm naturam ad ſarcinam qua grauiter premebatur euacuandam properare (nam accuratè quæcunque hæmorrhagias futuras ex Hippocrate portendunt, ſpeculatus erat) ac breui admodum, quod Medici obeundum decreuiſſent, idem vltro acturam. Dum Medici hæc admirantur, æger è lecto proſilire tentauit, qui cur exilire vellet interrogatus, rubri coloris ſerpentem per laquearia repere à ſe viſum reſpondit, ideoque è lectulo ſe au- D fugere velle. Reliquis Medicis nihil id ad futurum ſanguinis profluuium pertinere viſum eſt, verùm Galeno tum alia ſingula perpendenti, tum ruborem, qui priùs in dextra naſi parte ad malam vſque obſcurus fuerat, auctum, valde intuenti, ſanguinis paulò poſt è dextra nare fluxuri, manifeſtum id attulit indicium, quod ita contigit. Quum autem immoderatus ſanguis proflueret, irritis aliis remediis ipſum cucurbitula hypochondrio dextro appoſita ſedauit. Qui plures huiuſmodi hiſtorias expoſtulauerint, adeant Galeni libros, aut Symphoriani Campegij campos hiſtoricos Galeni, in quibus res Medicas præclarè geſtas archiatrũ digniſſi- E mas, ampliſſimaſque conſpicient.

CAPVT XXXIV.

De poſtrema Galeni Romam profectione, manſione, deceſſione, ac de concitato in Galenum Medicorum odio.

GAlenum non modò peſtis Romæ ingruentis metu, verùm etiam oborto medicorum odio, & ſuccenſo, rerum aliis in regionibus inſpiciendarum deſiderio, caput mundi reliquiſſe animaduertimus. Peruulgata namque per orbem cum Imperatore Mar- F co Aurelio Antonino Galeni gloria, Medicum Cæſar quamprimum accerſiuit ſecum in bellum quod contra Germanos mouebat, abducturus. Quum autem Galenus ſe abſceſſu periculoſo laborantem auſpice Æſculapio ſeruatum fuiſſe; ac proinde Deum ipſum patrium non Imperatorio comitatui, ſed votis ſoluendis annuere propoſuiſſet; Ita perſuaſus Antoninus, Archiatrum

Romæ

Romæ reliquit, ac Pitholao Commodi Antonini filij gubernatori imperauit, vt ſi quando puer ægrotaret, Galenum accerſeret, ipſi arte medendi opitulaturum. Relictus itaque Romæ Galenus toto Germanici belli tempore memor prauitatis medicorum ac Philoſophorum qui tum in vrbe medebantur ac Philoſophabantur, ex ciuitate frequentiùs ſecedebat, ad eum locum in quo puer princeps Commodus alebatur, qui quum in phlegmonen ac febrem comitem incidiſſet, proſpera Archiatri cura repente ſanus euaſit, Reuerſo tandem imperatore, Sextus alter Antonini filius acuto morbo correptus ita ægrotabat, vt ſeptimo morbi die criſin futuram quarto die Galenus cognouerit, ac eum ſeptimo, vel ſexto die prorſus iudicatum iri prædixerit. B Quòd ſi ſexto iudicaretur, reuerſurum; ſin ſeptimo, integram tum ſolutionem fore, eámq; per ſudorem. Criſis autem die ſexto contigit, & quanquam poſt id tempus Princeps Sextus, vt Galeni prædictioné argueret, & febris non rediret, exquiſita victus ratione vteretur, die tertio decimo tamen iterum febrire cœpit, quum rurſum vocatus Galenus, poſt tres dies eam febrem, quę magna iterum eſſet futura, deſituram, atque ſeptimodecimo die à priore decubitu criſin facturam prædixit; ac rurſus die quintodecimo ſententiam ſuam rogatus, in eadem permanere ſe reſpondit, hoc etiam addés, ſeptimo decimo die accedēte ſudorem hora ſecunda noctis erupturum, C quæ omnia prout prænunciata ſunt, euenerunt. Præterea verò reuerſus ex bello M. Aurelius ſe aliquando febrire credidit, quod & Medici eius peregrinationis comites autumabant; Aſcitus Galenus, iuſſúſque arteriam tangere, dixit nullam ſubeſſe febrem, ſed potius ab aſſumpto cibo immoderatiore ventriculū opprimi, quod mox Imperator ipſe ter ita rem ſe habere repetens confirmauit; ſentire namque ſe cibo frigido grauari, ventriculum enim fouens nardino vnguento purpurea lana excepto calido, ac epoto ſabino vino cum pipere, quemadmodum Galenus præſcripſerat, minimo negotio fuit reſtitutus, vnde Galenum poſtea ſummis laudibus crebrò D Antoninus euehebat, eumque medicorum pręſtantiſſimum eſſe, virum ingenuum, ac ſummum Philoſophum prædicabat. Neque verò argumentum vulgare Galeni doctrinæ, atque morum integritatis eſt, quòd Marcus Impetator omnium iuſtiſſimus, qui à ſingulari ſapientia philoſophi nomē adeptus eſt, eum & laudibus ornauerit, ac Medicum aſciuerit. Interea verò in Galenum tum Philoſophorum, tum Medicorum inſurgunt odia, inuidiæ accenduntur, ac parantur inſidiæ, quibus propagatæ viri ſcientiæ, prolatæ rationes, detecta veritas, inſignes curationes, probatæ virtutes, & parti honores ortum & incrementum aduexerunt, ἀεὶ τὰ σεμνὰ E πάντα κέκτηται φθόνον *ſemper omnia præcellentia comitem habent inuidiam.* Ex eodem fonte tum μισολογία tum μισανθρωπία ſcaturit. Medici Romani quod vix eſſent Grammatici, ac nullo modo dialectici, nec cōgruè, nec probabiliter loquebantur, quúmque rationibus logicis vteretur Galenus, tum rationes, tum hominē rationum authorem odio proſequebantur, hinc ipſi μισόλογοι ac μισάνθρωποι oblatrabant, qui quum tales à Galeno notarentur, ipſum nunc dialecticum, nunc phyſicum, nunc rhetorem, nunc Grammaticum ſubdolè vocitabant, & quum eorum imperitia longiori concertatione rationibus detegeretur, res agitatas ſibi ignotas parui ducētes, & cætera omnia ſe noſſe iactitantes, ad τὰ πάρεργα F quędam ſibi forſan notiora πάρεργοι confugiebant. Hi ęmuli quò Galeni gloriæ inſidiarentur, contumeliaſque apud populum pararent; variis eum cognominibus notabant. Nam λογίατρον appellabant in maximam qua pollebat eloquentiam; παραδοξόλογον, in rationes quibus exuberabat optimas à vulgi medicorum ignorantia alienas;

A παραδοξοποιόν, in eas haud vulgares quas edebat ſententias; interdum deludentem, quod eorum eluderet ineptias, interdū præſtigiatorem ac vatem, in eas quas proferebat prænotiones ac prædictiones. Sed iſti Æſopicā limam rodebant, quem enim opprimere ſtudebant, vt palma perpetuis florēs laudibus exurgit, viuitque. Quòd Galenus coram omnibus Romæ aut omnium ſapientiſſimis corpora diſſecaret, ac anatomicas quæſtiones ex ſubiecto doctiſſimè dilueret, quòd plurimis ægris ſanitatem reſtitueret ventura ſingula præfatus, quòd à Cæſaribus accerſitus eos beneuolos curaret, ac proinde primorum medicorum famam euerteret, aut obſcuraret, eô medicos ſibi inuidioſos, odioſos, ac maleuolos B comparauit. Optabat Galenus, æquumque augurabatur eiuſmodi Medicos rationes patienter audire, & amicè quæ ignorabant addiſcere, non autem in eos qui vera, ac rationi conſona priùs ignota edocent, odio diuexare. In libello de purgantium medicamentorum facultatibus; *Quidam*, inquit, *Medicus ſtatim atque nouit me ſola purgatione plures capillorum defluuio liberaſſe, me ilicò proſequi odio cœpit. Sic alter quum incipiens carcinoma, elephantiaſim, depaſcentia, aliáque* δύσλυτα *vlcera ſanaſſem.* Sic alij Medici, quòd ſolis purgationibus, ſcotomata, ægros maniâ affectos, epilepticos, melancholicos, alioſque diuturnis capitis, & aliarum partium C doloribus cruciatos Galenus curaſſet, ipſum repentino odio proſequuti ſunt. Quum Galenus Eudemum ſexageſimum tertium annum agentem, tribus quartanis laborantem, media hyeme ventura præfatus curaſſet, tum inuidiæ primordium Galeno obortū eſt. Qui Antigenes tunc temporis inter medicos Romæ principatum tenebat, Martianus quoque, aliique Medici primò hominem Græcum illudebant, deinde attoniti admirati ſunt, qui Deos precabātur, vt ſucceſſu fruſtraretur. Verùm quum Galeni votis ac ſapientiæ, bonis ægrotantium votis curationes ſucceſſiſſent, ipſi Romanorū medicorum principes Galenum diuinum medicum agnouerunt, & humi D coram Galeno proſtrati, temerarias in Pergamenum latas obloquutiones magnis encomiorū celebrationibus eluerunt. Ita ſolent maleuoli, quum vincere nequeunt, doctorum amicitiam ambiunt, vt hoc nomine apud vulgus poſtea famam tueantur. Quum itaque ſapiētiſſimus medicorū Galenus, iſtorum medicorum odia, iniurias, ac ſcelera perferre diutiùs haud valeret, de his apud Eudemum conqueſtus eſt (quos à latronibus duntaxat eſſe diſſimiles protulit, quòd illi in vrbe, hi in montibus ſua facinora perpetrent) & quod in eum coniurati agerent; quum primùm, inquit, ſeditio ac belli tumultus in patria mea ceſſauerit, conſpicies me ex hac vrbe diſceſſurū, & breuem hîc moram facturum, quò cito celerius ab im- E probis iſtis nebulonibus liberer. Cui Eudemus dixit eos ſi non improbis vaframētis oblæderēt, ad inſidias pharmacis deſcenſuros. Orationē autem recenti hiſtoria cōprobauit iuuenis Medici, qui quum Romam acceſſiſſet, & experiētia peritiam ſuam & vtramque operibus proderet, eum deleteriis pharmacis cum famulis duobus è viuis ſublatum fuiſſe narrauit. Qua audita, gratias Eudemo egit Galenus, qui pauciſſimis poſt diebus Roma digreſſus anno ætatis trigeſimo ſeptimo in patriā ſeſe recepit, vbi à Pergamenis acceptus, honoratus, ac trāquillus reliquū æuum traduxit, quemadmodū plures hiſtoriæ fidē faciunt. Quòd verò Galenus diuturniorē Ro- F mæ morā fecerit, nonnullos legimus hiſce verbis ratiocinari. Quū Galenus theriacā Seuero Imperatori cōfecerit, ob idq; ſe dicat cinnamomū accepiſſe, Traiani, & Hadriani tempore reconditum, æquum eſſe videtur, ipſum Romæ fuiſſe quo tēpore iam ſexageſimum annum erat prætergreſſus, etiamſi Seueri qui 18. annos imperauit, primum principatus annum accipiamus.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 137 sur 151

Imò verò ſi rectè conſiderentur quæ à Galeno ſcribuntur tractatu de libris propriis, dicit ſe Roma in patriam profectum iam annos 37. natum; ſed paulò poſt ab Imperatoribus Aquileiam reuocatum, ac inde Romam profectum, vbi quum vltra duos annos permanſiſſet, iam quadragenarium in patriam iterum rediiſſe neceſſariò proferendum eſt.

CAPVT XXXV.

Galeni fortuna.

QVum tria bonorum genera numerentur, animi, corporis, & fortunæ; ac conſtet Galenum bonis tum animi, tum corporis, præditum fuiſſe; iam quæruntur quintuplicia fortunæ bona εὐγένεια, φιλία, τιμή, δόξα, πλοῦτος, *nobilitas, amicitia, honores, gloria, diuitiæ*. Nobilitatem Galeni, genus, patria, doctrina, ac res præclarè geſtæ ampliſſimè prodiderunt. Εὐγένειαν ἀρετὴν γένους, *nobilitatem generis virtutem* eſſe tradit Ariſtoteles. Niconem nobilem Galeni parentem eſſe narrauimus, qui ciuis Pergamenus è nobili ſtirpe ortus, morum probitate, virtutum celebritate, & ſenatoria dignitate nobilis habebatur: Εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. *nobilis fuerit vir bonus*. Quis degenerem Galenum imaginabitur? imò, quis eum ab ortu nobilem ad ſumma ac altiora Nobilitatis faſtigia virtutum gradibus prouectum eſſe non profitebitur. Amicos habuit veritatis amicus quamplurimos, quos ei familiares εὐφυΐα, ſocios litterarum ſtudia, gratos ars medendi, ac beneuolos blanda conſuetudo. Amicos habuit Galenus Pergami, Romæ, aliiſque in ciuitatibus, ac regionibus quas peragrauit, non inopes duntaxat ac plebeios quibus gratis medebatur; ſed & diuites viros conſulares, qualem Boëthum; Philoſophos, qualem Eudemum; Medicos Pelopem, Fecianum, Satyrum & cæteros non paucos; Cæſares Antoninum, Commodum, Seuerum; patrios innumeros. Præclarè Iſocrates φίλους κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους, ἀλλὰ τοὺς τῆς σῆς φύσεως ἀξίους ὄντας, *Amicos tibi compara non omnes qui id deſiderant, ſed qui ingenio tuo digni ſunt*. Probi viri ac ſapientiſſimi Galeni amicitiam & conſuetudinem inibant auidi; Improbi verò ac ignari eius conſortium ſubterfugiebant, de quibus his verbis ita conqueritur. *Millies ſum expertus, qui iucundè ac libenter mea conſuetudine vterentur, propter mea in ægrotos opera, in quibus illis videbar exercitatiſſimus, quódque me in diſciplinis quoque verſatum eſſe nouiſſent, eos plerumque mihi inſultare, neque admodum meo ampliùs conſortio delectari*. Age verò à prioribus Galeni laboribus ac temporibus ad hoc vſque ſeculum quot Pergamenos, Alexandrinos, Græcos, Aſiaticos ſibi amicos conciliauit? quot Romanos, Italos, Gallos, Anglos, Germanos, Europæos, imò vniuerſi terrarum orbis incolas ſibi amicos ſuis deuinxit operibus quibus veri Medici edocentur, ſanis ſanitas conſeruatur, ægrotiſque reſtituitur. Conſulantur Medicinæ facultates vniuerſi orbis, hæ præceptorem Galenum proclamant, eius dogmata ac præcepta ſectantur, Principem honoribus euehunt, & editos archiatri libros Philiatris explicant. Primarios itaque honores ac titulos, primariámque gloriam medicam Galenus conſequutus eſt, qui inter Muſas ac doctores optimus ac doctiſſimus vixit, inter ægrotos, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ εὐδαίμων, inter Cæſares ægrotantes, Æſculapius; inter Medicos, Apollo; inter Philoſophos σοφώτατος, huic immortalis gloriæ hieroglyphicum laurus tribuitur, hunc Roma in patriam reuerſum ſenatorio magiſtratu indutum fuiſſe conſtat; denique ab Hippocrate Medicorum omnium principem & Coryphæum, ſapientum omnium ſuffragia declarant. Quicunque doctoratus lau-

A reolam medicam, aut medici nomen citra Galenum, aut neglectis Galeni voluminibus ſibi arrogant, eos profanos, agirtas, nebulones, ignaros, aſinos, reſpublicæ bene moratæ, ac æquiſſimi iudices proſcribunt, aut grauiori mulcta euertunt. Ad quas diuitias Galenum promouit fortuna? Præclarè Euſebius πλούσιον χρὴ νομίζειν, τὸν ἡγούμενον ἔχειν τὰ ἀρκέοντα, *Qui ſe ſatis poſſidere ſibi perſuaſit, diues exiſtimandus eſt*. Locupletiſſimus itaque Galenus qui diuitias ſibi nunquam defuiſſe profert, cui tantus pecuniarum vſus aderat, vt ad res honeſtas agendas, ſcientias adipiſcendas & aduerſus ſitim, famem, ac frigus ipſæ tanquam antidoti perpetuò

B ſuppetierint. Seſe iactitat Pergamenus fortunis omnibus nunquam ſpoliatum fuiſſe, neque vlla ignominia notatum, quem parens ita alloquutus eſt. *Haud me latet te fortunarum plus duplo quàm me poßidere, & in noſtra ciuitate non mediocri honore præditum*. Num Galenus multas tum à parente diuite traditas, tum ab arte propagatas facultates comparauit? Legimus à Boëtho viro conſulari ſolummodo quadringentos numos aureos pro honorario accepiſſe. Et quemadmodum Nico aſſueuerat filium ſuum & gloriam & honorem, ſic & diuitias parui ducere; vnam verò ac nudam veritatem in pretio habere ac maximi facere. *Diuitiis*, inquit, *præſtare, non virtutis, ſed fortunæ eſt munus, quæ & ſeruos*

C *& libertos, facit plerumque nobis qui generoſi & nobiles appellamur, ditiores. Ego verò* (loquitur Galenus,) *quemcunque mihi pater prouentum reliquit, eum totum relinquo, qui ex eo neque quicquam reſidui repoſui, neque theſaurum vllum congeßi, neque ampliùs quàm impenderim quicquam recondidi*. Ex his patet Galenum pluris virtutes quàm diuitias feciſſe, neque ſorti ſed arti amicitias, honores, gloriam, nobilitatem ac facultates retuliſſe. Nonnulli tamen Galenum fortunam magni duxiſſe proferunt, quam in curationibus ſibi ducem fuiſſe interpretantur. Vnde quum à Glaucone ad Medicum quendam ægrotantem duceretur Galenus, & animad-

D uerteret laborantem hepatide non pleuritide (qua ſe obſeſſum æger putabat) dixit fortunam ſibi viam præbere, qua apud Glauconem clarum nomen eſſet adepturus. Ita verò res accidit. Nam primùm & partem affectam nouit Galenus & morbi ſpeciem; deinde certam prænotionem attulit, vnde non paruam tum apud Medicum decumbentem, tum apud Glauconem conſequutus eſt Pergamenus. Sed per hanc fortunam, occaſionem intelligit quam vir prudens ſibi obiectam manibus arripit. Hinc paulò poſt, *Sæpè*, inquit, *fortuna haud contemnendam adipiſcendæ laudis anſam ſuggerit, ea tamen vulgus medicorum ob imperitiam vti neſcit;*

E *ſed doctiſſimus quiſque quum ſymptomatum aliquod huiuſmodi conſpexerit, haud leui negotio cætera quoque comperiet, quorum alia quidem neceſſariò, alia verò magna ex parte & locum affectum & morbum ipſum ſequuntur.* Atque hæc ex quinto de locis affectis. Quare mihi quidem cum ſatyrico fortuna rationem & prudentiam ſequi videtur, non ſeparata aliqua vis, vel cauſa eſſe.

Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia, ſed te
Non facimus, fortuna, Deam, cœlóque locamus.

CAPVT XXXVI.

F

Galeni Prudentia.

PRæclarè Hippocrates in Medico τὴν ξύνεσιν, prudentiam deſiderat, cuius eſt & morbos dignoſcere, & curare. Orientales autem viros Borealibus, & Aſiaticos Europæis prudentiores iudicat. Quare quum Galenus Aſiaticus, Orientalis & Archiatros extiterit,

cum

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 138 sur 151

eum prudentiſſimum fuiſſe decebat. Ac ſanè qui virtutum omnium erat hoſpes, quam τὴν ἡγεμονεύουσαν τῆς ἀρετῆς φρόνησιν, *virtutum principem prudentiam* Iamblichus vocitat, ἢ Θεὸν μέγαν, *& Deum magnum* Agatho, eam ipſam diuinum medicorum principem ſibi priorem quàm cæteras virtutes conciliaſſe concedendum. Ex Ariſtotele. Ἔργα δὲ τῆς φρονήσεώς ἐστι, τὸ εὖ βουλεύεσθαι· τὸ κρῖναι τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ κακὰ, καὶ τὰ πάντα ἐν τῷ βίῳ αἱρετὰ καὶ φευκτά· τὸ χρῆσθαι καλῶς πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς· τὸ ὁμιλῆσαι ὀρθῶς· τὸ συνιδεῖν τοὺς καιρούς· τὸ ἀγχινόως χρῆσθαι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ· τὸ ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων πάντων. *Res autem & effectus prudentiæ ſunt, probum inire conſilium; proba ac praua diſcernere; & quæcunque in vita ſequenda & fugienda ſunt; probè bonis exiſtentibus vti; honeſtam habere conſuetudinem; occaſiones opportunas ſpeculari; ſolerter verbo & rebus vti; vtilium omnium experientiam habere.* Εὔβουλος *vir conſultus* extitit Galenus, qui diuino ſomnio, ac venerando parenti conſulentibus obſequutus artem medendi peractis humanioribus diſciplinis amplexus eſt; qui ab adoleſcentia aſſidua conſuetudine ductus præcipitem ac temerarium aſſenſum refugit; quamobrem nulli ſectarum addictus rationes omnium audiuit, percepit, diiudicauit. Imò his in omnibus quæ ſenſu aut ratione cognoſcuntur, niſi horum alterutro; vel vtroque impulſus, nihil ratum certúmque habuit. Eodem conſilio ab omni ſuperſtitione ac præſtigiis, quarum hæ ferè ſenſibus, illa rationi pugnat, ſemper alienus fuit. Κρίσις χαλεπὴ *arduum iudicium* eſt; verùm Galenus iudicia & inſtrumenta per quæ tum ſermones veri parantur, tum quæ ab aliis dicuntur iudicare poſſimus, in vniuerſum ſe traditurum pollicetur περὶ τῆς διδασκαλίας libello. Cui tum exquiſitum ſenſum, tum mentis aciem naturam dediſſe, ac proinde ampliſſimum iudicium conceſſiſſe, ſcriptorum eius veritas edocet. Eo autem iudicio vera à falſis, proba ab improbis, tum philoſophica, tum medica variarum ſectarum dogmata diiudicabat, ac feligebat. Ἀγχίνοος χρῆται τῷ λόγῳ *ſolers vſus eſt tum ſermonibus* extimis, tum intimis rationibus, qui logicas demonſtrationes adeptus, libros quamplurimos de demonſtratione condidit, qui logicis rationibus ſui ſeculi tum philoſophos tum medicos euicit, qui Romanis Medicis diſſerendi ſcientiam ignorantibus palmas eripuit. Τῷ ἔργῳ ἀγχίνοος *opere ſolers* extitit, qui res præſertim anatomicas perſcrutatus, & remedia ſimplicia & compoſita expertus, de his ſuas lucubrationes Medicis omnibus perutiles & ægrotantibus ſaluberrimas conſcripſit. At mira eius ingenij ſagacitas & animi ſolertia fuit ex multis diuerſiſque circonſtantiis aliquid promptè colligendi, adeo vt ea quæ peritia & ſagacitate præſtabat, diuinatione quadam, aut etiam præſtigiis moliri videretur multis illud ignorantibus μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς. Num prudentiſſimum Galenum in ſuperſtitionem concidiſſe quædam commentaria detegunt? Medicamentum hydropicis vtile ex cancri & azari pulueribus compoſitum refert, ſed cancros in qua nati ſunt aqua vult incoqui, quod ſuperſtitionis eſt. Ex ſeminis dauci, aniſi, cucumeris, petroſelini, myrrhæ, ſingulorum drachmis quinque, & caſiæ, daphnidis, cinnamomi, nardi celticæ, ſingulorum drachmis quatuor nephriticum parat remedium, idque tanta religione, vt pila lignea, & piſtillo conſimili terenda teri oporteat, & qui tundit teritue, eum neque annulum ferreum, neque calceamenta clauis ferreis transfixa gerere. Nonne hæc ſuperſtitionis? Si quis comedendo aliquid quo ſuffocetur deuorauerit, & rei deuoratæ portio vtrique auri & capiti ſuperponatur, quòd res deglutita ac ſtrangulans ſtatim deuoluatur, num ſuperſtitionis, quemadmodum & aſſum muris iecur luna ſilente eductum ac epileptico datum? Alia conſimilia in libris κατὰ γένη ἢ κατὰ τόπους & περὶ εὐπορίστων vndique collecta narrantur quæ Galenum ſuperſtitione conuincunt. Imò ſapientiſſimum ac prudentiſſimum Galenum indicant quæcunque ab eo conſcripta ſunt. Quæ verò obiiciuntur, ea aut ex Archigene, aut Andromacho, aut Aſclepiade, aut aliis à Galeno collecta referuntur, aut Galeno aſcribuntur. Quam enim δεισιδαιμονίαν ſuperbiæ tanquam parenti morigeram eſſe dicebat Socrates, ei Galenum vllo modo fauiſſe nequaquam proferendum eſt.

CAPVT XXXVII.

Galeni temperantia.

EX Menandro ταμεῖον ἐστὶν ἀρετῆς ἡ σωφροσύνη· *Penus virtutis eſt temperantia*, quæ virtus non modo viris morum probitati incumbentibus, verùm etiam ac præcipuè ſapientiam æmulantibus Philoſophis ac Medicis idonea, ac neceſſaria eſt. Hanc autem virtutem prudentiæ comitem coluit Galenus, qui voluptates, venerem, ebrietatem, ingluuiem, diuitias immoderatiores, & excandeſcentiam perpetuò auerſatus eſt, damnauit, fugit. Quum enim Medico aſſiduè ſtudendum, aut medendum ſit, nihilque ſuperſit temporis aut otio, aut oblectationibus conterendum, ipſe præceptor integer vitæ ſcelerîſque purus, omnium Medicorum vigilantiſſimus, ac temperantiſſimus primùm deprauatos ſui temporis hominum mores arguit, qui ſcientias nobiliſſimas ac ſapientiam nihili ducentes, ad voluptates, pecunias, ciuilia munera aduolabant; qui ad vberes epulas, fæcundoſque calices ferebantur, vbi de mutua vini propinatione, de poculorum magnitudine ac numero concertabant, crapula rumpebantur, inebriabantur, ſcorta ac fœdas veneres adibant, ac veluti luto ſues volutati languidos artus ſopore placabant. Deinde verò in Theſſalum alióſq; Romanos Medicos inuehitur, qui matutinis horis ad vrbis potẽtiores ſalutem nunciaturi prodibant, appulſi adulabantur, qui frigidam, qui balneum concedebant, qui niuem vinúmque poſtulantibus porrigebant, quicquid denique deſiderabatur, iuſſi tanquam mãcipia moliebãtur. His pranſuris ac cœnaturis ædium fores quotidie patebant, qui breui euadebãt diuites. At his prauis moribus & adulationibus, huic honoris Medici ac temporum iacturæ prorſus temperauit Galenus, ratus vtilibus honeſta præferenda eſſe, & maiorum qui ab Æſculapio oriundi ſuis ægris tanquam duces militibus & reges ſubditis imperabant, ſequenda opportuniùs veſtigia, quàm Getarum, & Tibiorum & Phrygium emptitiorum ritu obſequi. Præceptor autem à voluptatibus omnibus ac potiſſimùm venereis abhorruit, vt cælibem vitam duxiſſe multi augurentur, ne coniugis commercio & rei domeſticę onere à philoſophia ac arte medendi deturbaretur; aut Hippocratis iuriiurando addictus ita loquebatur; ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν, καὶ τέχνην τὴν ἐμὴν *caſtam verò & ab omni ſcelere puram tum vitam, tum artem meam perpetuò ſeruabo.* Ad pecunias accumulandas haud animum attulit qui paterna hæreditate ſatisfactus alebatur ac neceſſariis veſtimentis induebatur. Quum autem adoleſcens fugacium fructuum vſu in morbum incidiſſet, & ſanitatis tuendæ methodum didiciſſet, his adeò temperauit, vt incolumis diuturnum æuum deinceps traduxerit. Is re, nomine, & moribus adeo tranquillus, grauis, manſuetus, ac minimè iracundus extitit, vt qui nunquam ira percitus famulos aut manu, aut baculo, aut iniuriis, quemadmodum & pater etiam commeritos, læſerit, ſed tum minis,

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 139 sur 151

tum paternis exhortationibus eorum errores emendauerit, qui iraſcentis impetum haud ab inſania ac furore diſcrepare prædicabat. Illum certè qui nihil antiquius ſtudio veritatis, nihil dulcius artis ad hominum ſalutem inuentæ amplificatione duxit, in quibuſcunque rebus, propter quas homines pleriq; incontinentiæ, aut luxus, & intemperãtiæ accuſantur, quamminimum deliquiſſe conſentaneum eſt. Quin & ægros moribus ſemper placidiſſimis ita exhilarabat, vt vel ſolo ſermone videretur eos ſanitati reſtituere. Contrà in diſputando adeo grauis, atque ſeuerus extitit, vt perpetuò ſuis antagoniſtis pudorem, ſibíque gloriam maximam conciliarit. Fuit enim tam acris & vehemens in refellendis, ſiue ſermone, ſiue ſcripto, aliorum tam Medicorum, quàm Philoſophorum erratis, vt aſperioribus etiam verbis & conuiciis non abſtineat, (quemadmodum contra Theſſalum & Iulianum) tantúmque valuit, vt eorum quos proſequutus eſt, vniuerſa ſcripta perierint.

CAPVT XXXVIII.

Galeni fortitudo ac magnanimitas.

Τὴν ἀνδρείαν μεσότητα δειλίας καὶ θρασύτητος fortitudinem timiditatis ac temeritatis medium obtinere philoſophatur Ariſtoteles ab Hippocrate, ac Platone altiores mutuatus ſententias. Vt autem ex Hippocrate δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει· θρασύτης δὲ ἀτεχνίην, *timiditas impotentiam, temeritas artis ignorationem arguit:* Sic doctrinam ampliſſimam ἡ ἀνδρεία καὶ μεγαλοψυχία prodit, qualem Galeno Medicorum Coryphæo ſapientiſſimi viri vniuersè concedunt. Fortiſſimum virum Galenum fuiſſe multa detegunt, primùm autem quòd ὁ δυσέκπληκτος ὑπὸ φόβων τῶν περὶ τὸν θάνατον, *mortis metu inconcuſſus fuerit*, vt qui mare ac terras plurimas peregrinus oppugnantibus periculis peragrauit; qui ad tot ægros Græciæ ac Italiæ accerſitus à mortis via ſeu morbis nullo eorum cacoëthiæ ac corruptionis metu commotus, ad tutum ſalutis portum reuocauit. Deinde εὐθαρσὴς καὶ εὔτολμος πρὸς κινδύνους *conſtans ac intrepidus ad pericula* quæcunque in vita quotidie oboriuntur (qualem quoque fuiſſe parentem prædicat) æquam quibuſcunque in rebus aut caſibus mentem ſeruare conſueuit. Quum autem Romæ propè omnes Medicos æmulatione imò inuidia, ac odio in eum commoueri ac flagrare animaduertiſſet, & quoſdam vitæ clanculum inſidiari, vrbe relicta Pergamum minorem ciuitatem ceu tranquilliorem, & vbi omnes incolæ inter ſe noti eſſent, ſimulationis verò & inuidiæ minus obreperet, migrare ſtatuit, non timiditate, vt quidam coniiciunt; ſed partim tranquillitatis ſtudio, partim vt improbis hominibus maleficij occaſionem ſubtraheret. Quæ tranquillitas ab Epicharmo ἡσυχία χαρίεσσα καὶ σωφροσύνης πλατίον οἰκεῖ *gratioſa eſt ac vicina temperantiæ*, quæ ad ſcientiarum & prudentiæ exercitationem perutilis exiſtit, ἥτις ἐξομοιοῖ θεῷ τὸν αὐτὴν ἀναλαβόντα *quæ Deo ſimilem reddit ſui participem*; eam Galenus paternis documentis cedens ſibi comparauit, gloriam honorémq; ſpreuit; vnicam duntaxat, eámque nudam veritatem amplexus. Rerum quantumuis humanæ vitæ perutilium interitu, quemadmodum iactura, in mœrorem nunquam prolapſus eſt iis ſolis recreatus, quæ corpori tuendo idonea ſuppeterent. Præclara probi parentis documenta ſe perpetua memoria, & continua exercitatione coluiſſe, & his ob nullam rerum, fortunæque viciſſitudinem, animo perturbatum fuiſſe ſcriptis aperuit. Irritam gloriam, & popularem auram ſic perpetuò neglexit, vt nulli librorum ſuorum ſuum nomen præſcripſerit, & amicos etiam ne id facerent, rogauerit, vtpotè μόνης τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπιστήμης ἐπιθυμῶν, καὶ οὐδὲν εἶναι νομίσας, οὔτε θειότερον ἀνθρώποις, οὔτε κάλλιον κτῆμα· quibus de ſe conſcriptis ſeptimo therapeutices, hæc mox ſuccedunt, διὰ ταῦτ᾽ οὐδ᾽ ἐπέγραψά ποτε ἐμὸν ὄνομα τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ γεγραμμένων βιβλίων οὐδενί. In libelli quidem de libris propriis initio, non ſimpliciter, nullis ſuorum librorum, ſed illis, quos introducendis, aut in diſcipulorum vel amicorum rogantium gratiam ad priuatum ipſorum captum, vſúmque conſcripſiſſet, non editionis gratia nomen ſuum ſe addidiſſe profert. Conſtat autem aliquos etiam, vt ederentur, ab eo conditos, proindéque ipſum ſibi pugnare. Verùm oppoſitam ſe res habet. Nam in libello ad Baſſum De libris propriis, cauſam reddens, cur quidam ex libris ab eo conſcriptis, ab aliis atque aliis commutati & corrupti; à nonnullis etiam ſibi ipſis vendicati ſint, ſubdit huius rei cauſam eſſe, quòd nomen ſuum ipſe non addiderit. Quæ tamen verba haud inferunt ipſum accuratiùs, & ad editionem conditis libris nomen ſuum inſcripſiſſe; ſed potiùs neque his, ne quid ambitioni, & gloriæ daret; neque illis, vt imperfectioribus. De gloria populari & laude apud multos ita ſentiebat; nonnullis viuentibus eam aliquando commodum ceu inſtrumentum eſſe; mortuis autem nihil omninò prodeſſe; Imò nec viuentium quibuſdam; quum his quamplurimùm philoſophiæ indulgentibus, non leui foret obſtaculo apud vulgus fama, quæ ipſos à rebus pulcherrimis immerſos euocaret. Quod Galenus gloriam ac ſui commendationem nihili duxerit, paradoxum aduertitur. Nam ipſe ſua crebrò inuenta promulgat, ſuas medelas, & prædictiones prolixè commemorat, cùm aliis in operibus, tum in vulnerum potiſſimúmque neruorum curationibus propriis encomiis effertur, quorum vnicum ex libris de locis affectis collectum id precor ſpeculamini, quum ipſe ſe ſectarum omnium dogmata didiciſſe & coryphæum eſſe prædicat. *Innotui Romæ*, inquit, *tum primoribus eius vrbis ciuibus, tum Imperatoribus deinceps omnibus, & quidem ob artis opera, non ob ſophiſticas rationes.* Ego verò rem & priuatim, & publicè iis demonſtraui qui quamcunque ſectam à me ediſcere voluerint quum nemine minus (vt ne quid maius proferam) ipſas vniuerſas agnoſcant. Num igitur Galenus ſeſe inani gloria iactitat qui ſuarum laudum præconem ſe denunciat? His obiectis pauca ſatisfaciunt. Quas namque Galenus comparatas laboribus virtutes, ac ſcientias, réſque Medicas proprio marte inuentas ſibi pro ſuo iure ac merito vendicat, eorum herclè ſe auctorem clariſſimum propria encomiorum tuba proclamare poteſt. Verùm non tam ſeipſum quàm res præclariſſimas à ſe compertas ac humano generi ſaluberrimas modeſtè prædicat. Qui verò gloriam tanquam bonum aliquod ſpectant ac venantur ambitioſi & iactatores, ij gloriam ipſam veritati plerumque anteponunt, & ſi quid fortè veri boníque inuenerint, ſeſe tamen potius quàm res ipſas extolli exoptant. Præterea quum gloria alia popularis ſit, quæ τὸ φαινόμενον magis quàm τὸ ὂν affectat; alia verò contra, quæ non tam multis, quàm paucis ingenuè bonis, & eruditis innoteſcere quærit; Hanc poſteriorem & virtuti coniunctam gloriam Galenum non parui duxiſſe dicimus. Denique quum res nouæ quanquam præclaræ à paucis probentur, ac in vſum prodeant, niſi maiori aliquo præconio commendentur, Galenum vtiliſſima vitæ inuenta ſua, & artis excellentiam generis humani iuuandi animo extuliſſe augurandum eſt. Plerique autem obtuſiori in veritate indaganda mentis acie, maiori impulſione & animi impetu, vt quæ bona ſunt, bona eſſe credant ac amplectantur, indigent.

CAP.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 140 sur 151

CAPVT XXXIX.

Galeni Iuſtitia, ac in Deum pietas.

XENOPHONTEM politicum nobiliſſimum cunctis Regibus ac Imperatoribus tutò conſulentem, Iuſtitiam *Regum artem* τῶν βασιλέων τέχνην τε, καὶ βασιλικὴν *& regiam* nuncupare legimus, quam non vnicam philoſophus conſtituit; ſed omnium primam πρὸς τοὺς Θεοὺς *erga Deos*, alias in Dæmonas, in patriam, in parentes, in defunctos, ἐν οἷς ἐστι καὶ εὐσέβεια ἤτοι μέρος οὖσα τῆς δικαιοσύνης, ἢ παρακολουθοῦσα, *in quibus eſt pietas, vel pars Iuſtitiæ, vel eius comes.* Hac autem regia virtute imbutum fuiſſe Galenum multa eius pietatis argumenta in Deos immortales, in parentes, in patriam, in præceptores, & eos à quibus aut diſciplinas, aut artes, aut dogmata conſequutus eſt, in amicos, in egenos in artem ipſam, ac vniuerſos denique homines fidem faciunt. Εὐσέβειαν Θεοῦ θεραπείαν *pietatem Dei cultum*, qualem profeſſus ſit Galenus pauxillum perpendamus. Si Deum agnoſcere, amare, hymnis inuocare, adorare, ac pura mente colere, pietatis ſint effectus ac opera, pius ſanè noſter Pergamenus prædicandus eſt. Primùm namque Deum agnouit vnum eſſe ſummum Deorum principem, optimum, maximúmque, & cogitationum noſtrarum conſcium exiſtimauit. Nono de Hippocratis & Platonis placitis Deum mundi authorem & conditorem eſſe credidit. Illic quoque noſtri corporis fabricatorem agnouit. Libro Quod animi mores corporis temperamenta ſequantur, ab æterno Deum bonum eſſe protulit, & naturaliter amari. Ad Deum aut naturam pertinere vult tota per tota miſceri elementa quum ex his mixta producuntur, ex primo De temperamentis. Ex Deo & cælo omne pulchrum, ordinatum & artificioſum eſſe, primo De diebus decretoriis edidit. Deum fœtum formare; primò nouiſſe, an quod in vtero eſt, ſit animal; ſolum Deum noſſe quæ pars in generatione prima conſtiterit. In tertio de locis affectis, *Deum igitur*, inquit, *teſtem facio, me dicturum eſſe, quod poſt diuturnam inquiſitionem in ipſo artis exercitio, & in diſceptationibus, cum doctiſſimis viris comperi, & veriſſimum eſſe ſtatuo.* Quis verò talem animum, tantopere veritatis amantem, & humani generis iuuandi cupidum, non perpetua laude dignum eſſe iudicet? Cæterùm, vt alibi non rarò, ita potiſſimum in ſeptemdecim de vſu partium corporis humani libris veluti totidem hymnos, vt ipſe vocitat, conditori compoſitos, opificis noſtri ſapientiam, prouidentiam, iuſtitiam, ac bonitatem, non ſolùm lubens agnoſcit, ſed & magna cum admiratione, & reuerentia vbique prædicat & extollit. Imò hoc ſacrificium Deo acceptiſſimum eſſe cenſet, non ſi hecatombas, victimaſque offerat quiſpiam cruentas, aut caſiam, & thura accendat; verùm ſi illius myſteria, operáque primùm vnuſquiſque cognoſcat expendatque, poſtea verò aliis communicet; in horum enim ignoratione ſummam impietatem conſiſtere profitetur; vt veram pietatem in opifice noſtro laudando, cuius ſapientia ſit infinita, potentia inuicta, benignitas perfecta. Prodeant eius verba, ne quis addi aut fingi à nobis quicquam ſuſpicetur. Ὃν ἱερὸν λόγον ἐγὼ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω τοῦτ᾽ εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν· οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι, καὶ κασίας· ἀλλ᾽ εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην, οἷος μέν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. τὸ μὲν γὰρ ἐθέλειν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελεωτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι· καὶ ταύτῃ μὲν ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν ὑμνείσθω. τὸ δ᾽ ὡς ἂν **A** μάλιστα κοσμηθείη, πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας· τὸ δὲ, καὶ δρᾶσαι πάνθ᾽ ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀηττήτου. Alibi; Ἐγὼ μὲν οὐδ᾽ ἐπαινεῖν ἔτι κατὰ τὴν ἀξίαν τοῦ δημιουργήσαντος τὰ ζῷα, τήν τε σοφίαν, καὶ τὴν δύναμιν ἱκανὸς εἶναι νομίζω. μείζονα γὰρ οὐκ ἐπαίνων μόνων, ἀλλὰ καὶ ὕμνων τὰ τοιαῦτα τῶν ἔργων ἐστίν. Miror quidem quorundam hominum imperitiam aut temeritatem, qui quum Galenum ſapientiſſimum ac pietate inſignem virum conſpiciant, ipſi nihilominus probra quædam diluenda nobis obiectant. Primum ſui oblitum non Deum, ſed naturam hoc principium vocare, quanquam hanc principem eſſe cauſam haudquam ſenſerit. Sic autem de natura Galenus. Εἰς τὴν διανομὴν εἴ τις ἐπιβλέψειεν ἐν ταῖς ἀνατο**B**μαῖς, καὶ σκέψαιτο πότερον πλημμελῶς ἢ δικαίως, οὐκ ἴσα τοῖς μέρεσιν ἅπασι διένειμεν, ἀλλὰ τοῖς μὲν μείζω, τοῖς δὲ ἐλάττω, τὰς αὐτὰς Ἱπποκράτει, κἂν εἰ μὴ βούλοιτο, πάντως φθέγξαιτο φωνὰς, ὡς εὐπαίδευτός τε, καὶ δικαία, καὶ τεχνικὴ, καὶ προνοητικὴ τῶν ζῴων ἡ φύσις ἐστὶν, εἰ γὰρ δὴ τὸ κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστῳ σκοπεῖσθαί τε, καὶ διανέμειν, ἔργον δικαιοσύνης ἐστὶ, πῶς οὐ δικαιοτάτη πάντων ἡ φύσις; *Ad quam diſtributionem neruorum ſiquis in diſſectionibus inſpexerit, conſiderarítque, vtrum inconcinnè, aut iuſtè natura neruos non eadem menſura omnibus partibus diſtribuerit, ſed aliis quidem liberaliùs, aliis verò parciùs, eadem cum Hippocrate, velit nolit, de natura omnino pronunciabit; quòd ſagax,* **C** *iuſta, artificioſa, animaliúmque prouida, ac conſultrix ſit. Nam ſi pro merito cuique proſpicere, ac diſtribuere iuſtitiæ ſit officium, quid oberit, quominus omnium iuſtiſſima ſit natura?* Quod ſi natura iuſtiſſima ſit, perita, arte prædita, & prouida, quorum nihil ſine ratione eſt; iam rationalis quoque videbitur, & planè Deus apparebit ſicuti dolabræ, aut cuiuis inſtrumento fabri, ſi rationem & artem aliquis attribuat, fabri etiam nomen merebitur. Alicubi Galenus, vt gentilium vulgus, naturam, veluti ſubſtantiam quandam per ſe; aut numen quoddam exiſtimauit. Nam ſub finem vltimi de vſu partium mentem vnam per omnia diffuſam, quæ in cæleſtibus corporibus nobiliſſima, & ſumma ſit, igno**D**bilior verò in terreſtribus, naturam facere videtur, eámque rationis compotem (quam quidam veterum philoſophorum animam mundi appellarunt) huiúſque ſubſtantiam in corporibus ſolidis eſſe putat, cum Hippocrate calorem innatum, aut calidi, frigidi, humidi, & ſicci temperaturam; & Platonem ait naturam appellaſſe creationis noſtræ authorem, de ſubſtantia verò eius nihil auſum eſſe pronunciare. Atque huic ſæpiùs opificium, artificiúmque omne, quod in noſtris & animalium corporibus eſt, aſcribit. Libro vndecimo de vſu partium aliiſque in operibus diſertè duo principia, Deum, quem opificem κατ᾽ ἐξοχὴν nominare con**E**ſueuit, & naturam diſtinguit; ita vt Deum ex iis quæ ſecundum naturam fieri poſſunt, vbi materia proſtat commoda, id quod melius eſt, ac ſimul materiā ad id aptam eligere, ac expetere, dicat; quæ verò natura facere non poteſt, vt quum deeſt materia, aut inepta adeſt, ea ipſum ne aggredi quidem, medium quodam modo inter Epicuri, & Moſis ſententiam ſe eſſe profeſſus; quoniam hic Deum ſimpliciter omnia poſſe, & facere dixerit; ille verò prorſus otioſum fecerit. Ac ſi Deus non quidem potentior, quàm natura ſit, ſed duntaxat ſapientior; quum interim non rarò naturam nihil prorſus ſine cauſa, aut temerè facere ſcribat, ſed omnia ſumma cum ſagacita**F**te, ac prouidentia. Verùm de his plura dicendi locus non eſt. Nos qui altiorem fœlicioremque, quàm ratio noſtra per ſe cōſequi potuiſſet, doctrinam hauſimus ab vnigenito Dei filio, qui omnia ſui parentis ſacra myſteria nobis per Eccleſiam Catholicam tradita reuelauit, Deum non omnium ſolùm ſecundum naturam rerum, ſed ipſius quoque naturæ totius, ac materiæ vni-

uerſæ, creatorem, dominum, & opificem eſſe, ac tanquam organum mouere naturam, informare verò materiam quamcunque qua ipſe voluerit forma, & ſupra contráque naturam quæ voluerit efficere, vt verè ſit omnipotens, & à natura, & artificibus reliquis differat, qui ſine idonea materia perficere nihil poſſunt, didicimus, atque credimus: Et vt in rebus naturalibus, atque medicis ingenium ac doctrinam Galeni ſuſcipimus; ita in iis quæ ad Deum ſpectant, quoniam Deum ex ipſa natura & ratione humana inueſtigari poſſe exiſtimauit, neutiquam approbamus. Non extendimus quidem vniuerſam ac immenſam Dei potentiam ad mala, & falſa, vel quæ inter ſe pugnant, itaut ſimul conſiſtere nequeant; quæ ideò non poteſt Deus, quia ne vult quidem, ne ſecum ipſe, qui ſummum eſt bonum, & ſumma veritas, pugnet. At quæcunque vult, ea poteſt omnia vt ſunt non ſolùm, quæ ſecundum naturam ſunt; nam hæc quoque omnia in ſuo genere bona ſunt, & in aliquem mortalium vſum, diuinitatis bonitate conceſſa; ſed etiam ſupra, contráue naturam aliqua, quæ ſcilicet iis quæ ſecundum naturam ſint, meliora fuerint, vt noſtra etiam mens in nobis ad Dei imaginem condita, ſæpè, quæ contra naturam (corporis ſaltem) ſunt bona, naturalibus pręfert. Vt verò naturalia vt plurimum vult Deus, neque ſolitum, & inſtitutum à ſe naturæ curſum ſine cauſa abrumpit; ita quæ veritatis & Iuſtitiæ ſunt perpetuò, nulla re excepta vult; mala quidem vniuerſalia nunquam; particularia verò non rarò quæ ad bonum vniuerſorum reuocat. Ac tum naturæ imperium ſuo imperio ſubiici manifeſtauit, quum ſolis eclipſim contra naturam fecit, quum pateretur vnigenitus eius, vt homines inde naturam non eſſe Deum, ſed aliquod ea prius meliúſque principium intelligant. Hac ratione à Chriſto noſtro, & mortui excitati ſunt, & à morbis lethalibus ægri ſanitati reſtituti, & multa contra naturam facta miracula, vt per hæc ipſa naturæ dominus ſe nobis detegeret probarétque. Hæc iam in latina Iuntarum Venetorum editione fortaſſis à Geſnero conſcripta, in Galenum fuerunt edita. Sed quicunque hæc aut conſimilia Galeno obiectant, ac ſi naturam Deo altiſſimo ſuperiorem aut parem ipſe ſtatueret, ij certè Galeni doctrinam haud ſapiunt, aut negligentiùs eius opera legerunt, aut authoris mentem non aſſequuti ſunt, aut Phyſica ac Medica à Metaphyſicis ac Theologicis ſeiungere non didicerunt, aut ipſum modò ex Platone, Ariſtotele, & Hippocrate, modò ex proprio ingenio loquutum fuiſſe non percipiunt. Paucis, precor, aduertite quæ tum de natura, tum de Deo protulerit oracula noſter Pergamenus. Nónne naturam ad omnia minus idoneam, quàm animam eſſe pronunciauit? Naturam mortalem, eiúſque opus mortale dixit, *quæ ſi potuiſſet*, inquit, *ſuum opus eſſe immortale, voluiſſet, ſed propter materiam non licuit*. Naturam ſemper per ſimilia inſtrumenta ſimiliter operari voluit. Hanc naturam humorum copia aut vitio phlebotomia & catharſi medentis ope iuuari & exonerari præcipit, aliàs ipſam cum animali cui primo ineſt, interituram. De Deo autem præter priùs commemorata, hæc loquutus eſt, ad naturam haud quaquam ſpectantia, niſi primariam, vniuerſalem ac Metaphyſicam naturam Deum eſſe meditemur, quem immortalem, quem citra materiam eſſe, qualem ſapientiſſimus hominum Socrates & Plato quibus annuit, exiſtimabant; quem ſolum exactam motuum mixtionem noſſe; quem fœtum formare, quem primum An animal ſit quod in vtero eſt, & quæ pars prior efformetur nouiſſe pronunciauit. Sed quid plura? Num quæcunque Medica docentur, ea ſub ſenſum ac rationem cadere, Theologica verò ſola fide inniti à ſapientiſſimis viris conceſſum eſt? Obiiciunt, Galenum Moſis & Chriſti ſcholas repudiaſſe ceu nulla ſtabilitas demonſtratione, ac proinde ipſum temerarium ac impium appellitant. Procul abeant calumniæ quas Chriſtiana pietas proferri non ſinit; ſed Galenum vt Phyſicum, & Medicum loquutum fuiſſe animaduertant. Quęque ſcientia ſuas ſibi quibus probetur demonſtrationes complectitur, alteri plerumque denegatas, quales Medicina Phyſicas, & Theologia Metaphyſicas. Neque verò negauerim Galenum tum prodigioſis Chriſtianorum miraculis, ac Catholicæ religionis incremento raptum, tum adoleſcente ac inſurgente in tyrannica ſupplicia Chriſtianorum conſtantia commotum Chriſtianum euaſiſſe, qualem noſtra peroratio declarabit. Sed non vulgaris Galeni apparet pietas, qui Deum vnũ, rerum omnium opificem, motorem, ac conſeruatorem & naturæ principem agnoſcit, eiúſque magnitudinem, & prouidentiam magna cum alacritate plurimis in locis prædicat; & vt naturæ cauſam, opificem ac gubernatorem inquirant, homines ſtudioſos ſeriò hortatur; modeſtia verò, quòd licet ab adoleſcentia opifex ille rerum, quiſnam eſſet, à Philoſophis addiſcere cupierit, de eius tamen ſubſtantia, vt etiam animæ nunquam dogma pronunciare auſus eſt.

CAPVT XL.

Galeni pietas in parentes, patriam, ac pauperes.

QVA verò in homines pietate ductus fuerit Galenus, eam paululum ſpeculemur, ex Theognide οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον ἔπλετο, *nihil inter homines patre & matre præſtantius habetur*. Quare ex Menandro νόμος γονεῦσιν ἰσοθέους τιμὰς νέμειν *lex iubet parentibus honores diuinis æquales præſtare*. Parentem ſuum Niconem maximis honorum titulis perpetuò euexit, honorauítque Galenus; idque pietatis veſtigium permultis in operibus ita piè inſignitum reliquit, vt nunquam ſuauiorem ſibi vocem ediderit, quàm quæ parentis ſui laudes decantare vbique appareat. Hiſtoriæ veritatem obiicit oculis commentarius De dignoſcendis curandiſque animi affectibus, quod ſanè opus veluti paternarum virtutum encomiaſticum eſt, ſed iam de Galeni parentibus ſemel dixiſſe ſatis. At patriã & ciues ſuos tanto amore proſequutus eſt, vt tanquam Vlyſſes alter, præ horum amore maximorum Imperatorum fauorem, ac ſtudia negligeret. Neque enim cæterorum more ſtulta ambitione illectus (quod ſępenumero inſectari, & damnare in artis profeſſoribus ſolitus eſt) neglecto veritatis ſtudio, aſſentationibus, & reliquis impoſturis principum fauores venari tentauit. Et quanquam vtplurimum nemo ſit patriæ acceptus (ſic enim à natura ferè inter homines comparatum eſt, vt exotica quidem & aduentitia ingenia admirentur; ſua verò, domeſticáque ob familiarem vſum deſpiciant) Galenum tamen Pergamenſes ſui tam ſtudioſè redamabant, colebant, & obſeruabant, vt ipſum & ſeruatorem ſuum, & patrem patriæ, omnes communi ore vocarent, neque id iniuria; ſiquidem non modò curabat ſedulò, vt ſuorum ciuium rectè valerent corpora; ſed quemadmodum Legiſlator, ſummúſque Philoſophus, etiam erat ſolicitus, vt eorum animi optimis documentis inſtituerentur. Quocirca varios commentarios ſcripſit ad excolenda iuuentutis ingenia admodum ſalutares. Conciliauit autem ſibi maximè plebis, & tenuioris fortunæ hominũ animos, quòd medicamentis ſimplicibus, vulgaribúſque & paratu facilibus plurimùm vtens, & recta victus ratione ſine pharmacis, vbi id fieri poterat, curans, eorum quos ſuſcipiebat, facultates minimè opprimeret; contra quàm faciunt plurimi noſtra ætate Medici,

dici qui in aggerandis plerunque pharmacis, oſtentationi ſuæ indulgent, & ſi ægrotos iis non lædunt, pharmacopolarum certè (à quibus plerunque vel muneribus corrumpuntur, vel lucri partem habent communem aliqui) maiorem, quàm ægrotantium, rationem habent; aut ſi etiam iuuant, poterant tamen, & debebant, præſertim anguſtioris fortunæ ægros citra apparatum, minoréque ſumptu iuuare, ſi qua in ipſos pietate mouerentur; quæ in Galeno certè erga pauperes maior extitit, quàm in pleriſque hodie Chriſtum ore, non opere profitentibus Medicis. Itaque ſeplaſiariis, aromatariis, & inſtitoribus eiuſmodi (qui ſæpè viliſſimis calculis, aut vitro, gemmas, & pretioſiſſima quęque, nullius, aut minimi pretij, ſiue ſponte, ſiue per imperitiam ementiuntur) relictis, Galenus, vt meliori fide, ac leuiori ſumptu medicamenta haberet compoſita, ſuis manibus plerunque confecta, officioſiſſimè ægris adminiſtrabat; in egenos interea non exiguam ſuarum facultatum portionem erogans; artémque ipſam, non per auaritiam, aut cupiditatem, ſed propter ſolam virtutem piè ſimul & religioſè exercens. Quod ſiqui minùs locupletes ſint, quàm Galenus fuerit, Medici, nec eis redundat fortaſſis, quod ogenis largiantur, tanto maiore ſtudio illi hoc agere debeant, ne ſuis etiam facultatibus eos defraudent; ſed victus imprimis ratione, & medicamentis minimi ſumptus, illis conſulere. Iam quòd ſæpius interdiu noctúque ad eundem quandoque ægrum, vt ipſe de ſeſe ſcribit, Galenus acceſſit, diligentiæ ſimul eius (qua ſubinde magis magíſque in arte profecit, & hominum in ſe animos conuertit) & humanitatis & pietatis in ægrotos argumentum eſt. Quin & pernoctare interdum apud ægros ſolebat, quum miniſtrorum ei ſuſpecta erat diligentia; interdum etiam domum ſuam curandos deducebat. Eadem pietate nihil vnquam (ex validioribus præſertim auxiliis) ægrotis exhibuit, cuius vis & vſus ei per experientiam non conſtaret, vt ipſe ſcribit in primum Epidemiorum Hippocratis Commentario ſecundo; idque in primis ſtuduit, vt ſi non multum iuuaret ægrotum ſuis conſiliis, ſaltem non læderet. In ſe verò pleraque ipſe expertus eſt, quæ non ſolùm colore, odore, & ſapore iudicabat, ſed etiam tactu, vt quæ cuti ſuæ imponebat. Sic aceti facultates adepturus, in ſeipſo periculum fecit; & oxyrhodino ſępè perfuſus eſt, vt certiorem eius facultatem exploraret. Quum ab initio iuuenis etiamnum multa egregia, & à præceptoribus cæteríſque ſapientibus celebrata pharmaca nactus eſſet, quò celerius certiúſque de omnibus conſtaret, nulla inuidia, ſummo candore, amicis medicis, vt experirentur, communicauit. Quinto quoque θεραπευτικῶν libro, *horum*, inquit, *quæ retuli, vel modò, vel ante, ſiue ea inueni ipſe, ſiue ex Hippocratis methodo vſurpaui, nihil ſanè non examinatum, aut iudicio comprobatum eſt, ſed per experientiam omnia iudicata, in quibus erroris pericula ipſi pertulimus.*

CAPVT XLI.

Galeni in amicos, familiares, ac præceptores pietas.

QVO ſtudio in ſuos ciues fuit Galenus, eodem in amicos ac familiares eum fuiſſe dicimus, quorum gratia tum in curationibus obeundis, tum in libris conſcribendis grauiſſimos labores ac vigilias, etiam interdum non citra vitæ periculum tolerauit, idque non honoris, non ambitionis, ſed ſolius pietatis & philanthropiæ ſtudio accenſus peregit. Amicos ac familiares prudentiores ac ſapientiores ſibi comparabat. Amicos διαφερομένους conciliauit, lugentes blanda oratione recreauit; iniuriis laceſſitos ſolatus eſt; ira percitos demulxit; ægrotantibus ſanitatem reſtituebat; indigentibus res neceſſarias ſuppeditabat, ac periclitantibus opitulatus eſt. In præceptores, quos ante protulimus, eo fuit cultu, ac ita eos reuerenter habuit, vt nuſquam non magna religione, illorum commemorationem, idque frequenter ac perſtudioſè faciat; ſic libros eorum quoque nonnunquam deſiderat, quanquam haud par tantùm illis omnibus eſſet, ſed & longo eos interuallo in arte ſuperaret. Hippocratem verò omnium primarium ita admiratus eſt, vbi eorum quæ tradidit obſeruatione ac experientia viri fidem cognouit, vt religioſiſſimè perpetuò coleret, omniáque eius inuenta ingenuè agnoſceret, raro aut nunquam, aut veritate coactus & perpetua honoris pace ab eo diſſentiret. Hunc paſſim prudentiſſimum, & ſapientiſſimum ſenem, ſummúmque Medicinæ parentem & authorem, bonorúmque omnium inſtitutorum largitorem prædicat. Viſus eſt artem illi authori vniuerſam acceptam referre, quamuis non minùs ipſi Hippocrates, quàm ipſe illi debeat. Atque hæc omnia ingenui ſunt candoris, & magnæ pietatis indicia. Poterat namque priorum Medicorum illuſtrium exemplo nouam ſectam conſtruere, ſéque hæreſeos alicuius, proprij nominis authoramento principem conſtituere, cui ſolus præficeretur ac imperaret; ad quod opus moliendum, ſi id in votis habuiſſet, nihil eorum ſanè quæ huc ſpectabant, defuit. Quod tamen fieri, ſumma eius modeſtia prohibuit. Sed quemadmodum Trajanus olim omnes Italiæ vias præruptas, aut rupibus inuias ac inaceſſas refecit, inſtaurauitque: ſic ille fatetur ſe non quidem artem condere (quam tamen laudem iure ſibi vendicare potuiſſet) ſed iam ab Hippocrate inuentam, incultam tamen & aſperam, explanare, vt ab omnibus intelligi ac percipi queat. De probis autem Galeni moribus cuique noſtra ſatisfecerit oratio, ſi virum illum prudentem, ingenioſum, ſolertem, frugalem, temperantem, fortem, magnanimum, liberalem, humanum, iuſtum, innoxium, integrum, veracem, vndique bonum; neque ſolùm patriæ & amicis, ſed & toti humano generi iuuando natum, & ab alto datum fuiſſe perorauerimus.

CAPVT XLII.

Galeni ſeculum, æuúmque.

QVVM Galeni æuo prolabente ad multos Cæſares imperium conciderit, pleriſque ſtudioſis, quo in ſeculo, quóque ſub Imperatore vitam traduxerit Medicorum princeps, controuerſia oborta eſt, iamiam tum hiſtoriarum fide, tum propriis Galeni monumentis ita dirimenda. Sub Adriano Cæſare anno Imperij propè quintodecimo, ætatis ſuæ primordium ortúmque duxit Galenus, totámque infantiam compleuit. Hic Imperator latinis, græciſque literis ornatus, artes omnes ac ſcientias ſublimiores magíſque abditas profitebatur; cuius imperium anno Domini centeſimo vigeſimo cœpiſſe; ac viginti annos, decem menſes & viginti nouem dies perduraſſe hiſtoriæ prodiderunt. Hunc Adrianum tum libro de dignoſcendis curandiſque animi morbis, tum libro de typis meminit. Illic enim Adrianum ſeruo ſuo oculum ſtilo eruiſſe ac μονόφθαλμον reddidiſſe legimus, cuius rei calamitate commotus Imperator, ſeruo quæ vellet petere, conceſſit, ea daturus, optauit ſeruus oculum deperditum, quod nullo munere Adrianus inſtaurare potuit. *Enimuero*, inquit Galenus, *quod tandem munus comperitur quo erutus oculus rependatur?* Hîc verò Antoninum Pium Adriano

in Imperium ſucceſſiſſe profert. Itaque Adriani in- A teritu Antoninus Pius nullo reclamante Romano, imò applaudentium omnium ordinum ſuffragio Imperij clauum tenuit imperauítque. Is in Deos, in populum Romanum, ac in literatos viros pius erat, qui proſtrata Deorum templa reſtaurauit, qui ius ſuum cuique tribuit, qui populos vectigalibus obrui, vexarique prouinciarum gubernatoribus prohibuit; qui populos pace fœlicitauit, qui ſcientiarum Philoſophiæ artiúmque profeſſores ſtipendiis honorauit, fouitque, qui familiares honeſta conſuetudine complexus eſt. Ille, ille Pius, pater populi duos & viginti annos, menſes ſeptem ac dies ſex & viginti imperium gubernauit, cui anno ſalutis centeſimo ac vigeſimo B ſucceſſerat. Huius autem Imperatoris meminit Galenus libro De typis. *Deceſſerat*, inquit, *paulò antè de vita Antoninus, qui Adriano in imperium ſucceſſerat.* Quidam obiicient Galenum non de Antonino Pio, ſed de Aurelio Antonino loquutum fuiſſe, quod reliqua Galeni ſeries explicare videtur. *Regnabat autem*, inquit, *Seuerus qui ſe ipſum nomine mutato Antoninum appellauit, Lucium verò, quem Imperij fecerat participem, Seuerum nominauit.* Verùm poſt Antonini Pij obitum, annis vndeviginti & vndecim diebus, Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus tum ſcientiarum encyclopedia, tum virtutum Imperatoriarum ſplendo- C ribus illuſtratus, Reipublicæ Romanæ gubernaculum tenuit; collegámque Lucium Aurelium ſibi adiunxit, vtrique innotuit Galenus Seueri nondum Imperatoris commendatione notatus. *Seuerus*, inquit, *mentionem de me facere ſolebat apud Imperatorem Marcum Aurelium Antoninum, qui Romæ tunc degebat; Nam Lucius iam ad Parthicum bellum à Vologeſo illatum ab vrbe deceſſerat.* Sub his Imperatoribus Galenus Romæ, aliiſque in regionibus Medicinæ imperium conſequutus eſt, qui narrat in libro De libris proprijs iam ſe trigeſimum ſeptimum ætatis annum prætergreſſum eſſe, quando ab Imperatore Marco Aurelio, & Lu- D cio Vero Aquileiam è patria, quo Roma ſeſe contulerat, reuocatus eſt. Quo verò tempore Marcus & Lucius Aquileæ hybernantes ob peſtem coacti diſceſſerunt, Lucius qui per octo annos cum Aurelio imperauerat, in itinere obijt, & Galenus Romam Marcum Aurelium ſequutus eſt. Claruit quoque ſub Commodo omnibus Romanis per duodecim, quibus imperauit, annos, octo menſes, & dies quindecim incommodo Galenus. Vixit & imperante per tres menſes Pertinace à Læto interfecto. Vixit & ſub Dido Iuliano qui vix Imperator capite mulctatus potentiori Seuero ceſſit Imperium, huic theriacam ſe feciſſe primo De Antidotis Galenus conſcri- E pſit. Is Seuerus annis duodecim, menſibus octo, ac diebus quindecim imperauit. Vixit Galenus & obijt imperante Antonino Baſſiano Caracalla. Quas ob res Euſebius, Suidas, cæteríque præſtantiſſimi viri, qui Galenum meminerunt, meritò omnes ipſum Imperantibus Cæſaribus Adriano, Antonino Pio, Marco Aurelio cum Lucio, Commodo, Pertinace, Iuliano, Seuero, & Caracalla, vitæ periodum duxiſſe conſentiunt, ac ex Suida annos ſeptuaginta; ex Laërtio & Champerio, ſeptem & octoginta; ex Imperatoribus enumeratis, octo & nonaginta cum ſex menſibus & diebus viginti quatuor; aut ad ſummum F annos centum & quinque, non autem centum & quadraginta vixiſſe, quicquid Rhodiginus ſcriptis mandauerit.

CAPVT XLIII.

Galeni valetudo.

VTRVM proſpera, an aduerſa valetudine donatus fuerit Galenus; & vtrum quibuſdam aliquoties morbis correptus, controuerſia iamiam diluenda eſt. Primùm namque vt corpus ſumma ſanitate fruatur, id imprimis tria ſortiri, naturalem ſtructuram numeros omnes adæquantem, partium ſolidarum, humorum, & ſpirituum εὐκρασίαν ac συμμετρίαν; eáſque dotes optimo rerum naturalium vſu tueri neceſſe eſt. Deinde verò pauciſſimis aut nullis vnquam morborum incurſionibus obſideri. Quæ ſi vniuerſa ac ſingula Galenum cumulate adornauerint, eum ſanè ſanum totam vitæ ſuæ periodum traduxiſſe proferendum eſt. Enimuero Galenum in regionum omnium temperatiſſima, à temperatiſſimis progenitoribus procreatum, εὐκράτῳ καὶ συμμέτρῳ corpore, ſtatura magno, craſſis, latiſque ſcapulis & humeris præditum, obatro colore decoratum, ipſúmque εὔσαρκον, ac proinde concinnè conſtitutum fuiſſe ab eius biographis editum legimus. Omnes præterea conſcribunt eum diuturnam vitam vixiſſe, imò totam vitæ humanæ periodum confeciſſe, aut prætergreſſum fuiſſe, tantáque in cibo & potu frugalitate vſum, vt ad ſatietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam vnquam delibauerit; vnde fragrantem perpetuò ſpiritum expirauerit; & citra vllam prauam affectionem ſola ſenectute defecerit; hinc etiam adagio exorto, vt Galeni valetudinem proferamus, pro ea quæ vltra humanum captum, nimis ſit proſpera, nimiſque inoffenſa; hæc Cælius Rhodiginus, quibus annuit hiſce verbis Galenus. *Ego vtique*, inquit, *plerunque multis athletis, qui præſtantiſſimi eſſe videbantur, quique multas in certaminibus coronas meriti ſunt, me ipſum valentiorem eſſe expertus ſum: quandoquidem illi in omnibus itineribus faciendis, in militaribus actionibus magis, prætereа in ciuilibus atque ruſticis negotiis inutiles prorſus reperiebantur.* Nihilominus Galenum puerum ac adoleſcentem valetudinarium extitiſſe, ipſe ſuis prodit monumentis, ſed ſummâ parentis vigilantiâ priorem pueritiam ſanum traduxiſſe. *Me pater*, inquit, *puerum etiamnum morbo illæſum ſeruauerat præſcripta victus ratione.* Adoleſcens autem abſente parente feruente canicula tum immoderatioribus ſtudiis ac lucubrationibus, tum fugacium fructuum eſu per autumnum acuta febre laborauit, ad cuius curationem phlebotomia ex arte celebrata eſt: ad priſtinum autem victum à patre reuocatus anno ætatis vndeuiceſimo euaſit incolumis. Anno ſequenti mortuo parente adoleſcentis moderatore, coætaneorum ſodalium conſuetudine ad fugaces iterum fructus obrepſit, quorum inſalubri vſu in febrem priori conſimilem acutam concidit, ita vt ad phlebotomiam tanquam ἡγεμονικὸν remedium confugerit; ſingulis autem aut alternis deinceps annis aduſque vigeſimum octauum aliquo morbo correptus vixit. Quum verò eo tempore ne abſceſſus in hypochondrio dextro periculosè ſtabularetur metueret, tum interdicto ſibi prorſus fugacium omnium fructuum (prætterquam ficuum ac vuarum maturatum) vſu, tum ſalubriori quam ſequutus eſt, viuendi methodo, & proſcriptis per exercitationem cruditatibus, à morbis multorum annorum ſpatio immunis perſeuerauit. Vndè ætate prouectior hiſce verbis libri quinti De ſanitate tuenda loquitur. *Ex laſſitudine nonnunquam febricitauimus nullum aliàs morbum experti. Quinetiam percuſſis*

cuſſis quibuſdam corporis partibus, vnde alij in phlegmones, buboneſque prolapſi febricitarunt, ipſe nunquam phlegmonen bubonémve ſenſi, nec febre laboraui, non aliundè ſanè quàm ex ſeruandæ ſanitatis arte, tanta commoda conſequutus; quum alioqui nec ſalubrem corporis ſtatum ab ortu ipſo ſim nactus, nec vitam planè liberam ſortitus, ſed in qua tum artis officiis ſeruierim, tum amicis, cognatis, & ciuibus, in pluribus inſeruierim, tum plurimam noctium partem nonnunquam ægrotantium ipſorum causâ, ſemper autem dulcedinis ſtudiorum gratia peruigilauerim; nec tamen vllo ſenſi me eorum qui è corpore originem ducunt morbo obſeſſum, multis iam annis, excepta, vt dixi, diaria quandoque febre, quæ tamen & rariſſimè, nec niſi ex laſſitudine oborta eſt, quanuis in puerili ætate, atque etiam in ἐφηβείᾳ, *& adoleſcentia, morbis nec paucis, nec his leuibus premerer. Sed poſt octauum & vigeſimum annum quum perſuaſiſſem mihi eſſe conſeruandæ ſanitatis rationem quandam, præceptis eius per totam deinceps vitam ita parui, vt ne minimo morbo pòſt laborarim, niſi fortè (quæ tamen rariùs incidit) diaria febre.* Hæc Galenus qui ſe iuuenem quater tertiana febre, ſemel cauſo, quartana nunquam laboraſſe, ac proinde non quartanarios, ſed tertianos, & cauſi rigores expertum fuiſſe, ac de eorum qualitatibus teſtimonium ferre poſſe, ſcriptis prodidit. Imò tantopere cauſo fuit accenſus, vt ſuccedente phrenitide floccos velleret, & feſtucas colligeret. Quum autem mens adhuc conſtaret, & rationalem facultatem in ſe vacillare animaduerteret, embrochis caput perfundi iuſſit, & poſtero die phrenitica abierunt ſymptomata. Iuuenis Galenus bile ſcatebat qua aſſiduè cruciabatur ventriculus, ad quem refrigerandum lactuca vtebatur, ætate autem inclinante, eodem olere aduerſus vigilias veſperi vtebatur; iunior autem crudo, ſenex verò quòd ex dentibus malè haberet, elixo. Quin & tenebricoſa vertigine ſtomachi faſtidio, nauſea, anxietate & iactatione nonnunquam laborauit; Interdum verò vehementiſſimum ventris dolorem ita tulit; vt in intimo ventre terebro perforari videretur, in eo potiſſimùm ſpatio, per quod à renibus ad veſicam vreteres porriguntur, & iniecto rutaceo oleo grauiſſimo cum dolore humorem vitreum à Praxagora appellatum excreuit. Denique anno ætatis trigeſimo quinto ſummi humeri luxationem, vel potius clauiculæ curuaturam expertus eſt, quemadmodum ipſe commentario in textum ſexageſimum ſecundum libri primi de articulis hiſce verbis teſtatur. Ἔγωγ' ἀπειράθην αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ καμπτομένης αἰσθανόμενος τῆς κλειδός. *Ego in me ipſo expertus ſum ac ſenſi clauiculam curuari, quod ego pertuli quadraginta dies, quibus clauicula ad humeri caput ita adacta eſt, vt iis qui nunc aſpiciunt, nunquam receſſiſſe videatur; quippe tunc quum receſſit, diductum interuallo trium digitorum viderunt, rem admirentur; inde tamen factum eſt, vt humerus id temporis minimè nutriretur, ita vt penitus emarceſceret, cúmque eo brachium etiam nutriri deſineret. Sed his omnibus, vno vinculi præſidio ſuccurrens non multo tempore à ſoluto vinculo totum membrum refeci. Ego verò quum id mihi accidit, in palæſtra annum agebam trigeſimum quintum.* At periculum illud, quod ſuprà retuli de abſceſſu dextri hypochondrij non aliud eſſe auguror, quàm cuius meminit ſub finem libri De curandi ratione per phlebotomiam; nempe quòd in iuuentute duobus euidentibus inſomniis monitus, arteriam quæ inter pollicem & indicem dextri brachij ſita eſt ſecuerit, & donec ſanguis ſponte ſiſteretur (nam hoc quoque inſomnium dictarat) expectarit, ſubſtitiſſe autem ſanguinem ſcribit, antequam integra libra effluxiſſet, & continuò diuturnum dolorem, in illo præcipuè loco fixum, quà iecur cum diaphragmate committitur, ceſſaſſe; ac ſimiliter ſacerdotem Dei (Æſculapij) Pergami, in ſomnio monitum, ſecta in ſumma manu arteria, diuturno lateris dolore liberatum fuiſſe. Hoc idem etiam coniicio lethale illud apoſtema eſſe, à quo ſe per Æſculapium olim liberatum dixit Antonino Cæſari excuſans ſe à profectione in Germaniam cum ipſo, quaſi tunc etiam idem Deus per inſomnium prohibuiſſet. Adſunt morbi omnes quibus Galenus in pueritia, adoleſcentia ac iuuentute diuexatus eſt, quóſque ipſe conſcripſit. Reliquam verò ætatem tum probo eduliorum ac potulentorum vſu, tum maximè exercitio ſaluam ac incolumem peregit. In libris de ſanitate tuenda. *Ipſe,* inquit, *aliquando per hyemem deprehenſus in agro tum ligna findere, tum hordeum tundere exercendi corporis cauſa ſum coactus, quæ nimirum agreſtes quotidie pro opere faciebant.*

CAPVT XLIV.

Galeni obitus.

SApienter Philoſophus ἄφυκτον ἐστὶ τὸ τῆς πεπρωμένης κακόν. *Ineuitabile malum fati.* Vitæ ortus, bonum; malum, interitus. Malum mors, quæ tantum virum quibuſcunque hominibus arte opitulantem è viuis eripuit. Ecce Laureatus Medicorum Princeps virtutum ac ſcientiarum omnium ornamentis decoratus, ab omnibus literatis viris ac ſapientiſſimis Medicis celebratus, humanam vitam cum morte commutauit. Imò corpus duntaxat Galeni ſenio confectum caloris natiui extinctione, & humidi primigenij iactura laborans ὁ θάνατος λοῖσθος ἰατρὸς νόσων, vt concinit Sophocles, *vltimus morborum Medicus mors* abſtulit; anima verò, quemadmodum de Claudio Cæſare Seneca, Diis omnibus Romæ ac Græciæ relictis, ſola febre comite in cælum euolauit. Quum enim prodigioſa Chriſtianorum miracula è Iudæa Romam, Pergamum ac in vniuerſum terrarum orbem famâ deueherentur, audirétque ſenex Medicus à Chriſtianis ſolo Chriſti nomine infirmos quamplurimos ipſis oblatos curari, ſurdos audire, cæcos videre, claudos & paralyticos rectà incedere, febres ſedari, omnes cacodæmonas hominum corpora poſſidentes, aut obſidentes fugari, mortuos denique ab inferis ad priſtinam vitam reuocari, aliáque in dies maiora Medicorum αἰσθητηρίοις reluctãtia oboriri prodigia, quæ non modò vulgus indoctum, verùm etiam viros doctiſſimos & Reipublicæ & ſacris præfectos in admirationem rapiebant; hæc abdita ac diuina diſcendi ac cernendi deſiderio accenſus, & occaſionem paratæ nauigationis nactus cum ſocia hominum multitudine mare conſcendit, in Iudæam profecturus. Verùm in medio itinere ea qua ipſe vehebatur nauis magna tempeſtate iactata ac periclitata ad littus appulit, terrámque nauigantes adepti, ſaluti conſuluerunt. Interea verò Galenus violentis tum aëris ac ventorum, tum aquarum iniuriis ferendis impar ſæuiſſima febre correptus eſt, quæ tanta in ſpiritus, humores, & ſolidas partes iam ſenio tabeſcentes ſæuitie graſſata eſt, vt eluſis ac euictis remediorum omnium arte & methodo paratorum generibus, decimo die Medicorum & Philoſophorum principem incendio deleuerit. At quomodo ipſe ſe in morbo geſſerit,

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 145 sur 151

& quid egerit, nemo in medium profert; ſed aut in mari, aut maris littore Galenum ad miracula Chriſtianorum conſpicienda accedentem morti accubuiſſe hiſtorici plerique & Biographi quidam, qualis Mundinus Bouonienſis & Hermannus Schedela Nurembergenſis fidem faciunt, vnde Crito in Palæſtina Galenum mortuum eſſe aſſerit. Verumtamen quibuſdam placuit ſeptuagenarium, aut octogenarium aut etiam ſeniorem ſe in patriam recepiſſe, proindéque ipſum in Græcia, ac Pergami, è vita diſceſſiſſe proponunt, non tamen aſſerunt. Quas ob res quum prior ſententia poſteriorem euertat, nos Galenum ſancti Spiritus remigio ad prodigioſa Chriſti miracula conſpicienda prouectum, & in peregrinatione mortuum ad cælum, vbi Chriſtiani ſempiterno felicitatis æuo fruuntur, conuolaſſe melioribus auſpiciis ducti concludimus.

MAGNI MEDICI EPIGRAMMA

in Epigrammatum Græcorum anthlologio repertum.

ΜΑΓΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΕΙΣ ΕΙΚΟΝΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἦν χρόνος, ἡνίκα γαῖα βροτοὺς διὰ σεῖο, Γαληνέ,
Δέχνυτο, καὶ θνητοὺς, ἔτρεφε δ' ἀθανάτους.
Χήρευεν δὲ μέλαθρα πολυκλαύστου Ἀχέροντος,
Σῇ Παιονίῃ χειρὶ βιαζόμενα.

IN SINGVLOS TOMI PRIMI ΤΩΝ ΒΙΟΓΡΑΦΙΚΩΝ OPERVM

TVM HIPPOCRATIS TVM GALENI LIBROS

CONCISÆ NOTÆ, ET VARIÆ LECTIONES.

HVnc tomum primum τῶν βιογραφικῶν ἢ φιλολογικῶν appellamus, quòd quæcunque is complectitur opera, ea magis ad Hippocratis & Galeni vitam deſcribendam, quàm ad Medicinæ præcepta explicanda ſpectent. Quare hæc opuſcula τὰ ἐξωτικὰ καὶ ἐξωτερικὰ ſapientiſſimus Foëſius appellitat, quòd extra rem Medicam, & populariter ſcripta ſint, quibuſdam tamen exceptis, Medica pauca inſeruntur.

IN VITAM HIPPOCRATIS EX SORANO.

SVidas tres fuiſſe Soranos memorat, duos Epheſios, tertium Cilicem. Primus Traiani, & Adriani principatu Romæ medicinam fecit; alter iunior de medica arte doctè copioſéque ſcripſit, qui & vitæ huius author à Mercuriali iudicatur. Hîc legitur Hippocratis ortus, patria, maiores; educatio, præceptores; peregrinatio, peregrinationiſque cauſæ. Hippocrates Perdiccam curauit: Abderam ad Democritum curandum vocatus eſt; peſtem præuidit, fugauit; patriam bello liberauit; ſummos honores adeptus eſt, candidè docuit; pecuniam ſpreuit; eius obitus, ſepultura, imago. De ſcriptis Hippocratis variæ ſententiæ. Deſcriptam Hippocratis à Sorano vitam, & ſubſequentes Epiſtolas interpretati ſunt Cornarius, & Foëſius ex quibus tertia verſio hæc emendatior collecta eſt.

Pag. 1. v. Ἱππ. γένει μὲν) τῷ γένει. At M. R. τὸ γένος μὲν.

v. υἱὸς, Ἡρακλείδου) Ἡρακλείδα, M. R.

Φαιναρέτης. Cornarius Hippocratem Heraclidæ & Praxitheæ filiæ Phænaretes filium eſſe notauit, quum ipſum Phænaretes filiū alij propè omnes proferant.

v. ἀφ. ἐννεακαιδέκατος] ἐννεακαιδεκατῶος M. R.

v. τς. ἑβδόμῃ) ἕκτῃ codices ſcribunt, ἑβδόμῃ explicant interpretes. At in M. R. ζ. & κ. ſcribitur, vt ſit, ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ.

Ἀβειάδα) Ἀγειάδου M. S. alij Ἀβειαδοῦ.

v. δια. ἐμπρῆσαι) ἐκπρῆσαι M. S. & F.

v. καὶ. ποικιλώτερον] πλεώτερον M. R.

v. παρακληθέντα) παρακληθέντος. M. R.

v. παραδημοσίᾳ] δημοσίως M. S. F.

v. ὁς. αὐτῷ] αὐτὸς F.

v. φίλας) φίλλας S.

v. φιλ. τὸ γένος] τὸ γένος M. R.

ἐπειδή.) ἔπειτα M. R. ἐπὶ F.

v. τρέπεσθαι] τέρπεσθαι F.

v. παρ. πρὸς αὐτοὺς) ὡς αὐτοὺς M. R. ὡς πρὸς αὐτοὺς F.

v. μον. παιόνων] πλειόνων M. R. V. Ald. Cornar. Alij tamen melius dici volunt παιόνων. Nam Pæones qui Pannonij dicuntur proximi ſunt Illyriis. At & Ἰλλυριῶν & παιόνων in Epiſtolis meminit Hipp.

P. 2. v. του. ὑπῆρξεν) ἐπῆρχεν, M. R. ὑπῆρχεν, F.

v. σῶν. διαπύστου M. R. V. διαπλύστου Cod. an διαπλεύστου peruolaſſet, vt proponit Foëſius qui mauult διαπύστου.

καὶ τοῦ Ἀρταξέρξου, præponitur παρὰ ex M. S.

διὰ Υστάνιδος] Υστάνης dicitur in epiſtol.

v. σολ. δηλοῦται) δηλοῦσθαι. M. V. ἑαυτοῦ] ἰδίαν M. V.

v. λοις. ἀφ' Ἡρακλέους) ὑφ' Ἡρακλέους F.

v. περ. ἐπιλιπόντα δὲ, ἐπιτυχὲ δὲ, M. V. Mercurial.

v. δέ. πέσθαι δὲ] πλουτῆσαι δὲ M. V.

v. μαχ. ἐργαζόμενον] ante ponitur μελιττῶν; M. R. V. ἀφ' οὗ) ἀφ' ὧν F.

v. πει. χρίουσαι) αἱ πίτθαι χρίουσαι F.

v. σίτ. εἰκόσιν) poſtea additur αὐτοῦ F.

v. αὐτ. ἐν πίλῳ, πίλῳ. M. F.

παράσημον) τῷ παρασήμῳ S.

v. οἱ. δι' εὐπρεπείαν] δι' εὐπρεπείας Ald.

v. τῆς. δι' ἔμφασιν.] Sic legit Foëſ. V. Ald. verùm δὴ ἔμφασιν priùs legebatur.

v. φρουρεῖν] τηρεῖν, M. R. F. videtur eſſe ſcholion.

v. χά. κἂν τῷ ὑγιαίνειν] κἂν τοῦ vitioſè legunt Ald. exempl. παράστασιν) παράστασιν, Ald.

v. ὑγ. χείζων] χείρων M. R. χωρίζων M. R.

v. τό. ἐπισκοπεῖν) ἐπισκοπεῖν vitioſè Ald.

v. δεύτ. τηρῆσαι] τηρεῖν M. V. τηρεῖσθαι M. R.

v. λε. συγγράφειν) συγγραφὴν vitioſè Ald. μετὰ τούτων) omittunt Ald. exempl.

v. μετ. τὸν τόπον M. R. V.) τόποις priùs.

v. συμπάση) σὺν πάσῃ F.

v. ἀλλὰ καὶ] ἀλλὰ μὴν & M. R. V.

v. φα. λέγεται καταλιπών.) λέγεται γενέσθαι M. R. V. Ald. interpretes.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 146 sur 151

v. δεύτ. τηρῆσαι] τηρεῖν M. V. τηρέεσθαι M.R.
v. λο. συγγράφειν] συγγραφὴν vitioſè Ald. μετ' αὐτῶν] omittunt Ald. exempl.
v. μετ. τὸν ἔποπ M. R. V.] πρόπεις priùs.
v. συμπάσῃ] σὺν πάσῃ F.
v. ἀλλὰ ἐ] ἀλλὰ μὴν ἐ M. R. V.
v. φα. λέγεται καταλιπών.] λέγεται φυέσθαι M. R. V. Ald. interpretes.

---

1. IN DECRETVM ATHENIENSIVM.

Hoc Senatuſconſultum Athenienſes in perpetuam Hippocratis memoriam, & gratiam tulerunt, quo magnis myſteriis ipſum initiari, corona ciuica coronari, ciuitatis iure donari, publico ali victu, ac Coorum liberos cum Athenienſium liberis educari decernunt.

P. 3. v. Ἀθη. καθάπερ] id non legitur in Aldin. exempl.
v. ὑμ. τοὔνομα] ὄνομα] ὄνομα.

---

2. IN THESSALI HIPPOCRATIS FILII LEGATI ORATIONEM.

Theſſalus Hippocratis filius legatus hanc orationem apud Athenienſes habuit, quâ primùm ſe Hippocratis filium eſſe, ſuúmque nomen, dignitatem, ac patriã explicat; deinde verò quatuor commemorat beneficia, quibus reſpublica ſibi ſuiſque deuincta eſt. Primum commune, quo Nebrus proauus Medicus inſignis, armis Criſæos, & remediis obſidentem Amphyctionem caſtra peſtem fugauit. Alterum, quo nec terram nec aquam Athenieńſium hoſtibus Coi cõceſſerunt Cadmi & Hippolochi ducti conſiliis, vnde patria ab hoſtibus deuaſtata eſt. Tertium, quo Græciam totam ab ingruente peſte liberauit Hippocrates. Quartum ſibi proprium, quo Theſſalus Alcibiadem in Siciliam cum magno exercitu miſſum in belli ac morbi periculis ſequutus eſt. Poſtremò Athenienſibus ſupplicat, vt in ſuam patriam arma hoſtilia non ferant, imò tum patriam amicam, tum fœdere coniunctos ament ac tutentur.

P. 3. v. πολ. Ἑλλήνων] ἀλλήλων V. Ald. ex Caluus quoque.
v. ἰδ. οὐδεὶς] εὐθείς.
v. ὑπουργιῶν] ὑπουργιῶν, Ald. vitioſè.
v. πά. καταλάβοιτε] καταλάβοι. V. Ald. ex. μυθωδέστερα] βυθωδέστερα, V. Ald.
P. 4. v. λε. κίρφιον] κριφίον. κιῤῥαῖοι, Cornar. κάρφιον, Caluus.
v. πρ. συλλέοντες) συλλέγοντες, Ald. Vat. ἀγινέοντες pro ἄγιν ἐόντες Mercur. συναγαγόντες.
v. πς. μάχη) μάχην. Ald.
v. λι. ὀχετλίως) ὀχετλίων M. R. μείω] μειόνων πιέσιας. M. R.
v. ται. οἰκίζοντες) οἰκίζοντο pene omnes, οἰκτίζοντο Corn. ἑαυτῶν) ἑωυτῶν.
v. στα. λοιμοῦ interpretes omnes] λιμοῦ codices.
v. ἀγανακτέοντες) ἀγανακτήσαντες M. R.] ἀπογνωσιμαχήσαντες) αὐτοὺς γνωσιμαχήσαντες. V. Ald. & M. R. legunt.
v. ἐπέστρεψεν] ἐπέστρεψαν. M. R.
v. πῦδ. ἀγάγοντο) ἀνάγονται. Ald.
P. 5. v. κ τελέσμασιν] τελέστις.
v. φότ. οἱ δὲ ἀπεσταλκότες] τοῖς δὲ ἔδοξεν οἱ ἀπεστάλκεσαν, Foeſ legit cum interpretibus.
v. π. διηκονέεσθαι] διηκονέεσθαι. Ald.

v. σαν. τῇ ὁπλίδι οὐ, pro τῇ ὁπλῇ δι' οὐ, vitioſè.
v. προτ. ἀναβάσαντι] ἀναβάσει exempl. ἀναβάσιμος Ald. & ἡ πόλει pro ἡ πόλις.
v. δε. λόβιοις) ἔλοβιος M. R.
v. διά. χώρην] χώρη, Ald. vitioſè.
v. δόν. δέδωκε) ἐδέδωκε M. R.
v. παξ. Ασκληπιάδαις) Ασκληπιάδης Ald. vitioſè.
v. βροδ. ξυνέπαξαι] ξυνέπαξε. Ald. vitioſè.
v. λέμ. ἀποστείλῃς, ἀποστείλην, Ald. vitioſè.
v. ἡμε. καθήμενος] καταθέμενος M. R.
v. σι. πατέρων) πατρώων] M. R.
v. πολ. καταφθαλουμένων.] καταφθαλουμένων. Ald. vitioſè legunt.
P. 6. v. νικ. ἐξαγνῶσαι) ἐξαγνῶσαι, Corn. Foëſ.
v. λέω. poſt δὲ adde καὶ M. R.
v. παστ. αἰνικέων) Foëſ. V. Ald. interpr. αἰνεικέων Codic.
v. ψυδ. ἑτέροις) καὶ ἑτέροις. Foëſ. interpr.
v. πς. Ιππόλοχος) Ιππόχολος, M. R. & vbique ſic.
v. διέρ. προσσύχεσθαι, Ald. Tarin.] προσίχεσθαι præfert Foëſ.
v. ρου. πλεόνων] πλειόνων. Ald.
v. κιν. καύματα] πθύματα, fortè legi putat Foëſ.
v. παντων. χωρεῖν) χαίρειν. Ald. vitioſè. μαθόντας) μαθητάς, V. Ald.
v. ἀποφ. μὴ οἷός τε εἴη) μὴ οἷός τε εἴη δύναμιν ἐς χώρην τὴν ἐκείνην ἰέναι. V. Ald. legunt.
v. δέ. ἠρεῖτο] ἠρτύετο, M. R. Ald.
P. 7. v. κ. προβεβυσμένοις] παρεσομένων, V. ex Ald.
v. βον. ἄλλοις, non eſt in V. & Ald.
v. π. ἐξέλκειν] ἐξελκέα. Ald. vitioſè. χερίον pro χερίων legit Foëſ.
v. μη. ὠνθυλεύσεις) ὀνθυλεύσεις, Foëſ. & Corn.
P. 8. v. δαι. μὴ tollitur in Ald. ὑπιδέσθαι) ὑπιδέσθαι, Cornar.
v. χέων. ψυχὴν, omittit Ald.
v. ὑμ. μανέω.] μηκύνω. Foëſ. cum interpr.
v. ἐπαναστασιν) ἐπ' ἀνάστασιν, Foëſ.

---

3. IN HIPPOCRATIS ORATIONEM AD ARAM.

Hac oratione ad Mineruæ aram habita, quis ſit Hippocrates, enarrat; ac ſeipſum, liberos, & patriam Theſſalis commendat; eóſque rogat vt Co in libertatem aſſerant. Huius orationis Hippocratis meminit Erotianus in procemio, quæ ab eo πρεσβευτικὸς, ab aliis ἐπιβώμιος λόγος vocatur, quam orationem genij Hippocratis quidam eſſe volunt.

P. 9. v. αξ. ὑμετέροις) ἡμετέροις. ὑμῖν ἡμῖν.
v. τοις. καρτερεῖ, Cornarius legiſſe non videtur.
v. πρ. εἴκων) εἰκὸν, Caluus.
v. δρες. ὁμοίως] Κῷος. Cornar. & Foëſ. qui tollunt, οὐ.
v. κ. γινώσκετε] γινώσκεσθαι, Foëſ.
v. προσ. δοκέω, Caluus δοκέει, Foëſ. & Cornar. δοκέει δὲ, Cod. vulgar.
v. ἐσ. ἐξουσίη) ἔξεστι.
v. μβυ. διαπίθενται) διαπιθέντες, Foëſ.
v. καιν. πρεῖνος) πρὸς ἡμᾶς. Foëſ.

---

4. IN EPISTOLAM ARTAXERXIS AD PAETVM.

Hanc epiſtolam ad Pætum ſcripſit Artaxerxes Rex Perſarum, qua peſtis ingentis feritas deſcribitur, & ad ipſam propulſandam conſilia & auxilia petit Imperator.

v. ἐμ. ἤ ποτε) ἤ τι, M. R. quædam ἤτοι.
v. ταμ. τάχος] ταχέως, M. R.
v. ὑκ. λύει] λύεται. Caluus & quædam M. S.

---

5. IN PÆTI EPISTOLAM ARTAXERXI RESPONDENTEM.

Pætus Artaxerxi reſpondet, ac conſulit Hippocratem diuinum Medicum acceſſiri, quò peſtem propulſet, curétque hîc peſtis & aliorum morborum remedia inter ſe maximè diuerſa eſſe prodũtur, ac Hippocratis ortus, dij maiores, patria, ars, & merita celebrantur.

P. 10. v. σις. ὅσα δ' ἐξ ἐπιδημίας τέχνη] Caluus addit negationem.

---

6. IN EPISTOLAM ARTAXERXIS HYSTANI.

Ex Pæti conſilio Magnus Artaxerxes Hyſtani Helleſponti præfecto ſcribit vt ad ſe Hippocratem mittat; & alium virum comparet, qui conſilio polleat.

---

7. IN EPISTOLAM HYSTANIS AD HIPPOCRATEM.

Hyſtanes Hippocrati imperium Regis Perſarum denunciat literis, & vt ad eum properet exhortatur.

P. 11. v. Υστάν. Υπαρχος Ἑλλησπόντου) hæc verba deſiderantur in quibuſdam codicibus; ſed ſequentia ſic leguntur. Υστάνης Ιπποκράτει ἰητρῷ Ασκληπίου γεγονότι.

---

8. IN EPISTOLAM HIPPOCRATIS AD HYSTANEM.

Hippocrates Hyſtani reſpondet, ſe ad Regem Perſarum non iturum; quòd Barbaris Græcorum hoſtibus opitulari ſit nefas.

V. τάχ. ὅτι] διότι, M. R.

---

9. IN EPISTOLAM HIPPOCRATIS AD DEMETRIVM.

Hippocrates Demetrio ſcribit apud ſe potiores eſſe ſapientiæ, quàm auri facultates, quòd Artaxerxem vt hoſtem patriæ & barbarum adire negauerit, vt à peſte Perſicum exercitum liberaret.

---

10. IN EPISTOLAM HYSTANIS AD ARTAXERXEM.

Hyſtanes Artaxerxi paucis aperit ſe ad Hippocratem Coum, quæ Maieſtas imperauerat ſcripſiſſe; ſcriptúmque Hippocratis reſponſum ad eam mittere.

v. Υστάν.] Οστάνης, quædem exempl.
V. στν. Γυμνάσιον) Γυμνάσιον, quædem exempl.

---

11. IN MINACEM ARTAXERXIS AD COOS EPISTOLAM.

Rex Regum magnus Artaxerxes quòd opem Medicam ei denegauerit Hippocrates, barbarúmque ac patriæ hoſtem nominauerit, ita percitus minacem

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 147 sur 151

Cois epiſtolam ſcribit, qua iis imperat vt iniurioſum Hippocratem ad læſam Maieſtatem quamprimum mittant, aliàs ſe Co Metropolin penitus euerſuram.

P. 11. v. εἰς. ἐπὶ πύργω] ἐπὶ ἐν πύργῳ.

---

12. IN COORVM RESPONSVM.

Irritum irati Artaxerxis imperium moliuntur Coi, qui Hippocratem ſeſe læſæ Majeſtati non daturos reſpondent, quanquam Co & ciuitatem & inſulam penitus ſe euerſuram ipſa minetur.

P. 12. v. οὐκ. τοῦ αὐτοῦ ἀπόκρισιν] hæc vitiosè legunt Ald. quæ δίδονται etiam pro διδόντι legunt.

v. ἀμελ. ἀμέων] δόντες Ἱπποκράτεα ἀμέων, addunt Ald. exempl.

v. θρω. ἀπολέσθαι] ἀπολεῖσθαι, M. R.

---

13. IN SENATVS POPVLIQVE ABDERITANI EPISTOLAM AD Hippocratem.

Quum Abderitani Democritum Abderæ præfectum, inſignem Philoſophum, rerum ſublimium ac abditarum philoſophicæ ſpeculationi incumbentem, res humanas, ad quas indoctum vulgus rapitur, deridere animaduerterent; ſapientiſſimum virum delirare ac inſanire augurati, ad Hippocratem ſcribunt, ipſumque rogant vt Abderam ſe conferat Democritum curaturus. Hac autem epiſtola tum quæ deliria ſint Democriti, tum quæ Hippocratis merita diuulgantur.

v. αἰεὶ, μηδὲ τοῦ δὲ] μηδὲν τοῦ ὧδε, Ald.

v. φθ. οὕτω] οὕτως, Ald.

v. χρ. πιτρώσκεται] πίτρωται, M. R.

v. λα. lege τὴν ἡμῶν πατρίδα M. R.

v. ξία. οὐδ.] εἰδ'. exempl. quæd. & Caluus.

v. ρον. θεραπεύσεις] θεραπεύεις. Ald.

v. θερ. ἀρίσημοι) ἀρίδηλοι, M R.

P. 13. v. πῆς. χαίρει) χαίρει. Ald.

v. πρ. προσεκλιπών] προσεκλιπεῖν Vat. & Ald.

v. προπρήσειν] προτίρησιν, v. Ald. προτίρης M. R. προσπέπλεξαι] προσέπλεξαι, M. R.

v. π. ἡ Δημοκρίτου) εἰ Δημοκρίτου, V. Ald.

v. φέρ. εὐχαριτίζει] εὐχαριτῆσαι. Ald. εὐχαριτῆσαι M. R.

---

14. IN EPISTOLAM HIPPOCRATIS AD SENATVM POPVLVMQVE. Abderitanum.

Abderitis reſpondet Hippocrates ſe Abderam profecturum, Democritum curaturus. Hæc autem epiſtola doctrinæ plena eſt, in qua bonorum virorum conſilia, & artes deorum munera dicta celebrantur. Argenti cupiditas, morbus mania grauior virtute curatur. Quæſtum ſpreuit Hippocrates qui hoſtes ſeruare & amicos mercede curare idem peccatum eſſe ſanciebat.

v. πῆς. ὁ Ἀμεληταγόρας] Ὀμεληταγόρας, M. R.

v. μακ. ὁκόσοι] καὶ ὁκόσοι.

v. ἡμ.] ὑμῖν ἡμῖν.

v. ἀνδρ. σοφαὶ γνῶμαι] σοφαὶ non legunt Ald. legunt Vat.

v. θε. νεμεσήσητι M. R. νεμεσήσετε.

v. ἀλλ. μισθαρνέοντες) μισθαρνέωντες.

v. ιδ. ἀναγκάζουσι) ἀναγκάζεσθαι, M. R.

P. 14. v. λαρ. διαδέδωκεν) διαδέδωκεν, V. & Ald. quæ & legunt ἐφ' ἣν εἴη μάλιστα ἅπαντας ἰητροὶ ξυνελθόντες ἀποθεραπεύσαι.

---

15. IN HIPPOCRATIS EPISTOLAM AD PHILOPOEMENEM.

Hanc ad veterem amicum Philopœmenem epiſtolam ſcribit Hippocrates, qua ſe Abderam profecturum Democritum curaturus denunciat, eúmque rogat vt ſibi hoſpitium præparet. Hîc autem tum melancholicorum, tum ſapientię ſtudioſorum mores, pathemata, & conſueta loca narrantur. Conjicitque ſenex Abderitanos falli, ac Democritum ſapere, non inſanire.

v. οἱ τὴν. αἰτιδόντες) ἀποδόντες, M. R.

v. ἐν. καθεστῶτος] καθεστῶτα, M. R.

v. β. μονήρεες] μανήρεες. V.

v. ξυμ. ἀλλοτρίην) ἀλλοτριωτάτην, M.

v. καὶ ἀπανθρωπίονται) ἀπανθρωπίζω & ἀπανθρωπεῖν rectè dici teſtatur Pollux, ἀπανθρωπίεσθαι verò non recipit.

P. 15. v. ὁ. φροντίδων) θορύβων, V. vtrumque legit Caluus, ἀναπαῦσαι) ἀναπαύεσθαι, M. R.

v. πό. δρυγείου ἐξελεγχθῆναι] δρυγείῳ, Foëſ. mauult; ἐλεγχθῆναι verò V. & Ald.

v. πς. μετῴκισαι) κατῴκισαι M. R.

v. ιοτ. ἔρρωσο) σὺ ἔρρωσο. V.

---

16. IN HIPPOCRATIS AD DIONYSIVM EPISTOLAM.

Hippocrates Abderam profecturus Dionyſio ſuo amico profectionis cauſas aperit, eúmque orat, vt quoad redierit, patriæ, familię, ac vxoris curam habeat. Hîc tum imperitorum cõſuetudo, tum mulierum intemperantia notatur.

v. αὐτὴν) αὐτὸ V.

P. 16. v. β. τῇ ἀποικίῃ) τὴν ἀποικίην M. R.

v. δι. ἐπισκιάζονται] ἐπισκιάζεται.

---

17. IN HIPPOCRATIS AD DAMAGETVM EPISTOLAM.

Hippocrates à Damageto celerem petit nauem, qua Abderam vehatur; profectionis cauſas narrat, & multa de riſu probanda ac improbanda loquitur.

v. φορ. ἐρβωμώσαι) ἐρβωμώσας, M. R.

v. σας. ἐπίγχ) ἐπιπα, Ald.

v. φοῖν. κτήσασθαι] κνήσασθαι, V.

v. ξει. μορμυρίζων] μορμυρίζων, M. R.

v. ταμ. εὐτυχῆς] εὐτυχὲς melius.

---

18. IN HIPPOCRATIS AD PHILOPOEMENEM EPISTOLAM SECVNDAM.

Hippocrates Philopœmeni ſomnium aperit, quo Democritum neque inſanire, neque ægrotare, ac proinde Medico non indigere didicit. Vbi notandum eſt ſomnia quum ordinem ſeruant, à Medicis non eſſe reiicienda.

P. 17. v. βερ. χρῆμά τι) σχῆμά τι. V. Ald. Cal. χρήματι ἐρωτικῷ) σχήματι ἐρωτικῷ.

v. σρα. ἀφελὲς) ἀσφαλὲς. ἀφελὲς πεπλοκισμένην) ἀσφαλὲς πεπλοκισμένην. Ald. λαμπρειμονα) λαμπρήμονα Cod. Foëſ.

v. οἱ. δὲ.) Ald. non habent, V. verò μόνοι & interpretes.

v. β. αὐτὴ) αὐτὴν, Ald.

v. οὐκ. ἀκαλλὴς] ἀκαλὸς. V. ἄλλη Caluus. οὐ κακὴ ἰδεῖν) οὐκ ἀκαλλής, V.

---

19. IN HIPPOCRATIS EPISTOLAM AD CRATEVAM.

Hippocrates ad Democritum accerſitus, ne præſentibus remediis indigeret, Crateuæ herbario ſcribit, vt medicas herbas, maximéque veratrum ad ſe mittat. Hîc vbi colligendæ, ac ſeruandæ ſint herbæ paucis docetur.

P. 18. v. βοδ. ἐδύνατο.) ἠδύνατο. Ald.

v. ιοι. ὀκαθήμεραδη) ὀκάθημερ μὲν Ald.

v. ὑψηλόφοις) ὑψηλολόφοις, M. R.

v. πετα. ἔλκουσιν) ἕλκουσα. M. R.

v. πφ. ποταμίοις) παραποταμίοις M. R.

v. χυ. ὑελίνοισιν, ὑελίοισιν, M. R.

v. καιρ. διαυγαζόμεθα) διαλεπτιζόμεθα aut διαρριπιζόμεθα, quæd. exemp. Foëſ. & interpretes.

v. ἄτ. πάγχυ) πάγχυ Ald. πάντη M. R.

v. σαρ. χέος) χέων, M. R.

v. ἀνθρώπου) ἀνθρώπινον, Ald.) τῇ ἐπιστήμῃ) τῆς ἐπιστήμης, M. R.

P. 19. v. ἐπιρ. τὸ πᾶν ἀπώλεσε καὶ] iſtud non legitur in Cod. V. neque Ald. idque ſuſpectum. legitur, ἔνιοι δὲ τοῖς βοτανίαις.

v. πᾶν. ἐνισοβόλοισι) ἐν ἰσοβόλοισιν. Ald. ἀόρη) ἀβρη.

v. π. αὐτῆς) αὐτῆσι, Foëſ.

v. στος. ἐλλεβόρων) ſubiunge, διὰ τοῦτο καθαίρ. & dele, εἰσί, M. R.

v. β. μὴ χρησαίμεθα] tollunt μὴ M. R.

v. σοφίη) σοφίης, Ald.

---

20. IN HIPPOCRATIS AD DAMAGETVM EPISTOLAM SECVNDAM.

Quæ de Democrito Abderæ habuit Hippocrates, ea multa Damageto his narrat literis, quibus tum Hippocratis prudentia & gloria, tum Democriti ſapientia, riſus, & ridendi cauſæ ampliſſimè diuulgantur.

v. τῇ. ἢ.) ἣν. Ald. vitiosè. ὑγιείην) ὑγιῆ. Ald.

v. δαί. ἰσοδρόμηκε] ἰσοδρόμηκε, Ald.

v. ἑτέρω. σῶζε) ὦ Ζεῦ M. R.

v. ἀδιορθώτου) ἀδιορθώτω. M. R.

y. στω. αὐλώνιφος) αὐχμηρὸς. αὐήλυτος, Cod. Ald. αὐήλυτος. Corn. αὐειληφὼς, quæd. αὐηλιφὼς aut ἀφηλιφὴς, legit Foëſ. αὐηλιφως M. R.

v. κα. κουρείων) κουρεῖον, Foëſ.

v. τῷ. ἐκκελαρύζει] ἐγκελαρύζει, Ald.

v. ἐκεῖ. ἐκ] ἐν.

v. στυφελόντο) στυφέλοντο, Foëſ. στυφέλοιντο, Ald. V.

P. 20. v. παρ. ἀπολέσαντα) ἄλλον ὀλέσαντα. Ald.

v. δέ. ὑμεῖς. μίμεσθε] μίμεσθε, Ald.

v. μδμος ὅτε ἐπῆλθον] ἐπηλθών. γράφων) γράφειν. Ald. vtrumque.

v. προσ. διζήμενος] διζήμενος.

v. ππ. μὴ) οὐκ.

v. παδ. μὴ] καὶ. M. R.

v. τὸτ. τυγχάνω) τυγχάνων. Ald. V.

v. ὅπ. προσώπου) προσῶπον, M. R.

v. β. ἀπολωφέατο) ἀπολοφέατο, exempl. Ger. ἀπόλοιτο, V. Ald.

P. 21. v. καὶ. ἀσκάγγασι) αὖ ὀκάγασι, quæd. exempl. ἐπιπτῶσι) ἐπιπτῶσι, Ald.

v. λογ. προσέχει) κτ. M. R.

v. τύ. ἐδὴ) μίαν.

v. δρ. σίο) σημείου, Ald.

v. λαβ. τὸν ἀνθρωπον) ἐς τὸ ἀνθρώπου Ald.

v. πα. κτώμενοι) κτίζοντα, πίνοντα. Ald. fortè πινόντα Foëſ.

v. αὐτ.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 148 sur 151

V. αὐτ. αἰσχυνώνται.] αἰσχυνέται.

V. μῦος. δεσμίων) διζήμθυος δεσμίων. Rectè legeretur ſic.

P. 22. V. ὤν. ἐπιπιπτούσης) πεσούσης, Ald.

V. λιω. ἐγείροντες) ἐγέραντες, Ald.

V. ἐς. τὸ δὲ μίλω) aliàs πολεμίλω.

V. σκου. ἀποδόμθυοι] ἀποδεχόμθυοι, Ald.

V. οὐσ. ποθέουσι) ποθέοντες, Ald.

V. ρον. γλίχονται) aliàs γλήχονται.

V. δαζ. ἀδξμπλωσίη] ἀδξιπλωσιν. V.

P. 23. V. τὸ. ἄλλος) ἄλλως, Ald.

V. λῆ. εἰ δέ τις ἐμερμηνέιζει] εἰ δ' ἐμερμηνέιζει. Ald.

V. σι. ὁδοιπορέων) ὁρέων, Ald. vtrumque Foëſio probatur.

V. ὀν. τῶν πέλας) aliàs παλαιῶν.

V. τὰ. προθεωρβῦντες] θεωρεῦντες, V. Ald.

V. δὲ. ἀπροαιρεσίλω) Corn. & Cal. προόρωσιν. Foëſius vulgatam lectionem licet ſuſpectam ſequitur. Budæus hunc locum ita legit, τί, τι ὄν καὶ τὸ ἐσόμθυον προορώμθυον δυσαρεστεῦνται πᾶσι.

V. πρή. ἀλλοτρείης ἀὐτῆς φθορῆ] φθορῆ αἱ αἰδῆς πιστώσεις V. Ald.

P. 24. V. λα. ξυμφερόντως) ξυμφέροντος. Foëſ. Corn.

V. μαλ. δ' ἐῶ ῥιψοκινδύνως ἦ) δ' αὖ ῥιψοκινδυνῆ.

V. ἀλλ'. πιχεωμθυον παιονία) ἰώμθυον πέποτα, M. R. ἰομθυλω, Ald. πιχειμθυλω, V. πιχεώμθυοι, Foëſ. Cornar.

V. που. μισανθρωπίης) μισανθρωπίνης, Ald. vitioſè.

V. οὗτ. εἶδον μθὴ δὴ) εἴδωμθυ αὖ. quæd.

V. πις. κυκῶντας] κυκῶνται, vitioſè Ald.

V. λο. ἔκφρονας) ἔμφρονας M. R.

V. τας. ἐλπιζομθύας] ὑποφορυίας, V.

V. μθυοι. ἐπιλοιμθυοι] ἐπαιρόμθυοι, V. Ald. ἐπιειρωμθυοι, M. R.

V. μθυ. στεφανηφορείαις) στεφανοφορέοντες.

V. δὲ. σπατίλω] ὀφοινίλω, M. R.

V. ἀναξίοις) ἀναστίνοις, M. R. [ψυχὰς] σπουδὰς V.

V. μή. πιλώδε) πιῆσδε. M. R. ἀκρασίω) ἀκρασίης.

P. 25. V. νομ. ἤπου γὰρ] ἤκουσα γὰρ καὶ, V. Caluus, λωβᾶσθαι) λωβάζεσθαι, Budæus; ſic enim hunc locum legit. ἤκουσα γὰρ τοσούτων σοφέως λωβάζεσθαί σου τε, &c.

V. πλ. ἀχαριστίλω) ἀχενίλω, V. Ald. Cal.

V. νέμ. ἐχθαίρουσι] ἐχθέρουσι, Ald. vitioſè.

V. ζον. χειροφιλέεται] χειλᾶσθαι, M. R.

V. ἐχ. καθαιρουσι) καθαίρουσι.

V. οὗτ. ἄπειρος σὺ) ἀπείροις, Ald.

V. νί. ἀτρεκίης] ἀτρεκὴς. φιλοπωθαίσαντα] φιλοπωθαίσαντα.

---

21. IN DEMOCRITI EPISTOLAM AD HIPPOCRATEM.

Democritus Hippocrati rationes ſcribit, quibus ipſum inſania laborare temerè Abderitani iudicabant, adeo vt ciuibus potius, quàm ciuitatis præfecto veratrum exhibendum fuerit. Hîc autem Hippocratis exemplo colligitur iudicium & diagnoſticum Medico eſſe neceſſarium, quem non ignaræ plebi, ſed artis dogmatis fidem adhibere decet; aliàs veratrum, & alia medicamenta contrarios effectus parturire.

V. οὐρ. γνώσιας δὲ] γνώση, Ald.

V. ὡς. εὐκαίρως) ἀκαίρως, Ald. vitioſè.

V. ζει. ἀμείβοντα] ἀμείνοντα, Ald. vitioſè.

V. χεὶ. πιουτοτέρῃσιν] πιὸτις τέρις, Ald.

V. ξυυ. ὧν νόος ἀκρόπολις.] Ald. exemplar. aſteriſcum præfigunt, eáque verba ſic legunt, ἀκρόπολις καὶ ἀπάτη μεγίστη καθίστηκε; eſtque ſuſpicio pro ἀβέβαιος iſta poni, & legendum eſſe, ὧν ὁ νόος ἀκρόπολος ἐν ἀπάτη μεγίστη καθίστηκε: *quorum mens in ſummo fluctuans, in maximo errore verſatur*, ἀκρόπολις, M. R.

V. σαι. πινυτῇ μανίη) ἐν μανίῃ. Ald. aſteriſco ſuppoſito. V. verò legunt, ἐν πινυτῇ μανίῃ ἐγγενόμενον, & ſequutus eſt Caluus.

P. 26. V. γνω. προσήχοντα] προσιόντα, Ald.

V. χρ. ἀπίσταλκα) ἐπίσταλκα, M. R.

---

22. IN HIPPOCRATIS TRACTATVM DE INSANIA, SEV MANIA.

Quæ hic tractatus complectitur, ea ex libello περὶ ἱερῆς νούσου deſumpta ſunt. Hîc autem inſaniæ cauſæ cerebri humiditas & motio conſtituuntur; quies verò & eucraſia, ſapientiæ. Inſaniæ pro vario cuius eſt ſoboles, humore, varia ac multiplex diuerſis ſymptomatis ac ſignis dignoſcitur. Hunc tractatum non eſſe Hippocratis cenſet Mercurialis, Hippocraticam tamen in eo doctrinam detegi nemo negauerit.

V. μαινομθυῳ δὲ, ὡς ἔφλω,) τὸν περὶ μανίης λόγον αὐτῷ χαρίεντα, M. R.

V. ὄψ. ἀλλοῖα ὀρέωντι) ἀλλοῖά τι. Ald.

V. χολ. πλήκται) φρήκται, V. Ald. Caluus.

V. χλυ. σφόδρα πικρή. τὰ πολλὰ] σφοδρὰ πικρὴ τὰ πολλὰ, Foëſ. Cor. ex 5. Epid.

---

23. IN HIPPOCRATIS AD DEMOCRITVM EPISTOLAM.

Hippocrates tum hominum in artem medendi μεμψιμοιρίλω, tum artis finis conſequendi difficultatem prodens, ſuperiori Democriti epiſtolæ reſpondet, vbi ſe Democritum ſapientem, & Abderitanos inſanos Medicina egentes inueniſſe profert.

P. 27. V. αὐτ. συνήγαγον] ἤγαγον, V. Ald.

---

24. IN HIPPOCRATIS LIBELLVM AD DEMOCRITVM DE VERATRI purgatione.

Hic libellus catalogum eorum quos purgare non oportet, ex libris de ratione uictus in morbis acutis collectum complectitur, qui quòd veluti cento ex quibuſdam aphoriſmis, aliiſque ſententiis Hippocratis non ſatis concinnè conflatus eſt, à Mercuriali genuinus Hippocratis fœtus non iudicatur. Verùm multa de purgatione præcepta hîc colliguntur quamoptima.

V. προγ. εὐηθῆ) εὐηθεῖ.

V. μθυ. ὠφελέουσιν) ἀφαιρέουσιν. Foëſ. Corn. & ἐνδιδοῖ pro διαδιδῶσιν.

V. ἤ. φύμασιν] ἐμφυσήμασιν ἐόντες, l. de rat. vict. in morb. acut. Caluus ἐν χρώμασιν. (ἀσφαλὴς) ἀσφαλέως, Foëſ. vt in lib. acutorum.

V. ροις. καθεύδειν μικρὰ, ὀδυνώδεας] καθ' ἥβλω μικρὰ ὀδυνώδεες, in Porrhet. ſic agnoſcit Gal. & variè explicat, ὀδυνώδεα, Ald. vitioſè.

V. μθύον.) κεκλεισμένον, in Porreth. Gal. ὑποδοῦντας, Ald.

V. ἐγκαυματώδεας, κατακεκλασμένους] κωματώδεας κατακεκλιμθύους.

V. δρα. πεπελιμθύῳ) πεπελιμθύον, Foëſ. vt in l. de morbis. acut.

---

25. IN HIPPOCRATIS PRÆCEPTVM AD THESSALVM FILIVM.

Præceptum id Philiatro perutile eſt, quo Theſſalum exhortatur vt Geometriæ & Arithmeticæ ſtudio incumbat, tum vt mentem acutiorem comparet, tum vt in arte Medica ijs ſcientiis iuuetur.

V. αρθ. διαφορίη] διατροφή, V. Ald.

V. σοις. ἔσται] ἐστι. Ald.

---

26. IN DEMOCRITI TRACTATVM AD HIPPOCRATEM DE NATVRA humana.

Democritus Hippocrati hunc de natura humana tractatum ſcripſit, vbi primùm Medicinæ cognitionem omnibus hominibus neceſſariam, & magnam Medicinæ cum ſapientia cognationem eſſe docet; deinde conciſam naturæ humanæ, vel potius partium fere omnium corporis deſcriptionem ſpeculatur. Hæc autem epiſtola cum ſubſequenti in quibuſdam Vaticanis codicibus non ſcribuntur, neque eas adſcripſit Caluus.

P. 29. V. δὲ. θυμὸς, Corn. Foëſ.

V. στα. ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι] ἐχυραῖς & στευχοῖσι, vitioſè, Ald.

V. ρυγξ. κέλδυθον] ὀκέλλυθον, vitioſè Ald.

V. ὀργ. ἐνδέδυκε) ἐνδέδηκε.

V. ἔσται] ἐστι, Foëſ. Corn.

V. σας. βλαβερὸς] βλαβερῶς.

V. λῆς. σπλίω] πλίω. εὔδη] εὔδης, Ald. αἰπούμθυος) αἰπαίμθυος.

V. πυ. ἔνοχα) ἔνυχα, Ald. vitioſè.

V. λήψ. ἐνδεκυσμένοι, &c. δημοσ.] peſſimè Ald. ἐνυδρασμένοι, & δῆμοι, aſteriſco etiam appoſito.

P. 30. V. πλήθ. ἐκ τόκου προνοίης] ἐκ δημιουργίης προνοίης.

---

27. IN HIPPOCRATIS SALVBRE CONSILIVM AD REGEM Demetrium.

Conſtat Hippocratem ad Regem Demetrium Phyſiologica priùs Documenta miſiſſe, & hanc epiſtolam obtruncatam eſſe, quum plura ὑγιεινὰ, meliori ordine Medico præſcribenda, Regia Majeſtas ſibi arroget.

V. κεφ. αἷμα κατὰ τὰ ἀπὸ ῥαχίτα) ἔτω κατὰ τὰ ἀπὸ ῥαχίτα, Ald. vitioſè.

V. γὰρ. σώματι] σώμαιι. Ald. Corn. ἐπιπειμθυλω] ἐπικειμθυον, Ald.

V. ὑπὸ. ἀγυμνάστου) ἀγύμναστοι, V.

---

28. IN EROTIANI COLLECTIONIS DICTIONVM OBSCVRIORVM Hippocratis procemium.

Hoc in tomo primo Onomaſtici Erotiani ſeu collectionis dictionum obſcuriorum Hippocratis prooemium duntaxat poſitum eſt, quòd quæ in eo comprehenduntur Βιογραφικὰ ſint, & ad Hippocratis gloriam conferant, quem non Grammaticorum modò Ionicæ linguæ, verùm etiam Medicorum principem eſſe teſtantur. At Erotianus Hippocratis opera in quatuor primarias claſſes diſtribuit, quas quiſque animaduertat.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 149 sur 151

P. 31. v. ΕΡΟΤ. Ερωτηθεὶς τὸ ὀνομαστικὸν ἢ τῶν, &c. παρ' Ιπποκράτεις) παρ' Ιπποκράτει, Steph.

v. ερωτ. ἠβουλήθης] ἠβουλήθην, Steph.

v. πρὸς. τῆς ἐν διανοίᾳ) τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ, Steph.

v. φαν. ἀποκεχωρηκύας] ἀνακεχωρηκύας.

v. μθώ. συμβεβηκέναι) συμβέβηκεν, Steph. κεκομίκασι μόνον, κεκομίκασι μόνως; δεχθήσεται] δεχθεῖσα, Henr. Steph.

v. λίαν. ὁμόιοον) ὁμονοοῦν, Steph.

v. Καλλ. Ηροδοφίλου] Ηροφίλου.

v. εἰς. ὡς δὴ) ᾧ δὴ, Steph.

v. παρ. τοῦ Κρητικ) τοῦ omittit Steph.

P. 32. v. καὶ, Διοσκουρίδου] Διοκορίδου Steph.

v. φαί. ἢ γὰρ] εἰ γὰρ. Steph.

v. ὢν. ἐμφρόνως εἰδότες τινὲς, Ανδρ.) τινὲς, ἐμφρόνως εἰδότες ἄνδρες & pro ὅσις] ὅτι τις Steph.

v. Ανδρ' ἐπιμελείσθαι] ὅτι τις πρότερον χαλεπήνη.

v. ἱστορ. ἀσαφῶς] σαφῶς, Steph.

v. μθυ. μακρὸν] μακρῶς, Steph.

v. τίλ. δικαία] δικαίως.

v. ἰδ. εὑρήσεως] εὑρέσεως, Steph.

v. γυλ. καινοτέρων] καινοτέρως.

v. δικαίαν] δικαίως.

v. ἀκρ. ἀκρόπλοον] ἀκροχόλιον Steph. στεωπὸν quidam.

v. γνσ. αἰδευάτον] αἰδευάτο.

v. γιν. τὸ] τι Steph.

P. 33. v. ἐκ. ἕκαστον] ἕκαστος, [σιωπὴ ἱκανὴ] σιωπῆς ἱκανῆς Steph.

v. ρος. ἐν αἷς] ἐν οἷς, Steph.

v. πλωικ. ἐξάπλωσιν] αἰάπλωσιν.

v. πων. εἰς χειρουργίας] εἰς χρόνους. Steph.

v. μάτ. καὶ τῶν] περὶ τῶν.

v. περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς] περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς Steph.

P. 35. v. σκοις. ἤρητο] εἴρητο. Baſ.

29. IN EA QVÆ SVIDAS REFERT.

Suidas primùm hîc vitam Hippocratis & vitæ acta ſcribit; deinde ſeptem viros inſignes Hippocratis nomine donatos, tertiò Draconem Hippocratis filium; quartò Soranos tres Medicos; quintò denique Galeni vitam ſubijcit oculis.

30. IN LIBRVM GALENI DE LIBRIS PROPRIIS.

Hic liber index eſt librorũ Galeni quem quid ad hanc inſcriptionem de libris ſuis ſeu propriis impulerit; & de libris falsò ei aſcriptis, & de indice ſuorum commutato, procœmium explicat, hunc autem librum, aliúmque ſubſequentem lacunis ſcatere, nemini eſt abditum.

P. 39. v. ἤ. παραλέλειπται] παραλέλειπτο.

P. 40. v. ἐμ. προσιέμενος] προϊέμενος.

v. ἀπὸ. διδασκαλιῶν) διδασκαλειῶν.

v. ἐμοδ. γραφέντων] γραφόντων.

P. 44. v. περὶ. ἐν κεφαλῇ] ἐγκεφάλου.

P. 46. v. των. ἑαυτῶν] ἑαυτοῖς.

31. IN LIBRVM GALENI DE ORDINE LIBRORVM SVORVM AD EVGENIANVM.

Quid hic complectatur libellus aut libelli fragmentum, titulus ſatis explicat. Sequendum enim librorum ſuorum ordinem ſubijcit oculis, quo quæ in eis doctrina ſcripta eſt, faciliùs excipiatur.

P. 49. v. των. θαυμάζουσι] θαυμάσῃ.

P. 51. v. τῶν πραγματείας] πράγματα.

IN GALENI VITAM.

Animaduertat lector Procœmium huius vitæ, quo nos hanc vitam Galeni in philiatrωn beneuolentiam, & Galeni laudem conſtruxiſſe conſtat.

TOMI I. MENDA EMENDATA.

PAgina 1. v. ρεν. Θεσσαλοῦ. 3. v. πις. Αμφικτύονας. 6. v. δὶ. προσέχεσθαι. v. ag. Peloponneſum. v. ἐων. ἐκλείπων. 8. θερ. ἡμετέρης. v. νων. γενέσθαι. 10. v. iub. etiam] enim. 11. v. rum. im. ſéque vtili honeſtum, &c. 15. v. ναὶ. χωλαίου v. μετ. εἰδότες. 16. ne. rurſus] riſus. 17. v. οἱ. τι φαῖς. 18. v. νον. ἰσθι. v. ψυ. λίμναις. 19. v. po. hîc. v. frondoſa. v. ἔπειτα κάππη. 20. v. add. conſideto. 2(. v. γνω. ἐφιστάντα. 31. v. Hiſt. manibus] omnibus. 57. v. π. λογικῆς. 58. v. for. temporum. v. mod. deceant. v. bar. quòd req. v. fu. Hac. 60. v. Alc. Antiochæus. v. Fec. condiſcipulum. v. mi. Et Al. 61. v. duo. de Med. 62. v. de. componantur. v. med. loco, luce, 65. v. gnoſ. cuiuſque per. 66. v. rum. venarum hepar, & art. 71. ven. hi qu. 73. v. cuius. ſi ὁκ. v. abſ. d. quæ. 76. v. bunt. hippopotami. 78. v. hil. integrum. 79. v. nanque. reipſa id. 80. v. dice. alio] adeo. v. tiore. affectationem. 84. v. omn. qualem v. part. principi. 85. v. querc. amygdalus. 90. v. Eod. Pelo. v. aſſuefecerat. v. vert. hepatitide. 91. v. lib. vitam eum 93. v. ſolúmque. 95. v. ea. quod] quem. 97. v. ticulis. ἐπιμελεῖσθαι.

Magni Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni Archiatron Universa Quae ... - page 150 sur 151